

BAJO ARROYO, Pedro

Relecciones Salmanticensis Academiae  
iuuentuti iam antea publicè recitatae,  
ad text. in cap. ex litterarum 2 qui  
clerici, vel vouentes, et cap. si vir de  
cognat spir. c. 2 de constit in 6... /

auctore... Petro Baio Arroyo... –  
Salmanticae : Apud Hyacinthum  
Tabernier... : A costa de Antonio de  
Figueroa... Vendese en su Casa..., 1633

58 [i.e. 56] p., A-G4 ; 4º

Port. con orla tip. -- Error de pág.,  
de p. 32 pasa a 35

1. Derecho civil-Comentarios 2.  
Zuzenbide zibila-Iruzkinak 3. Derecho  
canónico-Comentarios 4. Zuzenbide  
kanonikoa-Iruzkinak I. Título

R-6481

# RELECTIONES

SALMANTICENSIS

ACADEMIÆ IVVENTVTI IAM

antea publicè recitatae.

AD TEXT. IN CAP. EX

LITTERARVM. QVI CLERICI,

VEL VOVENTES, ET CAP. SI VIR DE

cognat spir. c. 2. de constit in 6. cum alijs

infra referendis.

AUCTORE

DOCTORE PETRO BAIO

*Arroyo, utriusque iuris publico*

*professore.*

SANCTISSIMÆ VIRGINI MARIÆ

(de la VEGA cognominatæ in hac vrbe Sal-

mantina) absque labe peccati origina-

lis conceptæ, dicatæ.

SALMANTICÆ,

Apud HYACINTHVM TABERNIER, Typographum

Vniuersitatis. ANNO M. DC. XXXIII.

Acosta de Antonio de Figueroa, mercader de libros.

Vendese en su casa à la escalerilla de escuelas menores.


THE UNITED STATES OF AMERICA

DEPARTMENT OF THE ARMY

OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

WASHINGTON, D. C.



DOCTORIS

PETRI BAIO

ARROYO, VTRIVSQUE  
IVRIS PVBLICI PRO-  
FESSORIS, RELECTIO.AD TEXTVM IN CAP. 2. QVI  
*Clerici, vel uouentes.*

T maiori claritate Alexandri III. decre-  
tum explanari valeat, pro eius conclusio-  
ne dicendum est, matrimonium à Subdia-  
cono contrahi non posse: quod probatur  
ex cap. nullum, cap. decernimus dedu-  
cto ex Concilio Romano cap. 5. celebrato  
sub Innocentio II. cap. quando Presby-  
teri transcripto ex Concilio Toletano

III. cap. 26. Concilio Toletano II. cap. 1. dist. 28. Concil. Arc-  
lathensi II. cap. 2. Concil. Neocesariensi cap. 1. relato in cap. Pres-  
byter 9. d. 28. dist. cap. Sacerdotibus, cap. eos 31. dist. cap. om-  
nium Sacerdotum, cap. de illo, cap. Erubescant 32. dist. cap. Pres-  
byteris, ibi: *Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis contubi-  
nas habere, seu matrimonia contrahere, penitus interdiciamus*, distin. 27.  
Concilio Rhemenfi celebrato sub Eugenio II. canone 3. & 7. cap.  
1. hoc titulo, cap. unico de voto & voti redem. in 6. Extravaganti

antiqua eodem titulo. Concil. Trident. Sessio 24. de matrim. cap. 9. Confirmant, atque illustant suis Commentarijs hoc nostrum axioma, præter ordinarios in dictis iuribus, Azor tomo 1. institut. moral. lib. 3. cap. 12. quæst. 3. Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 28. num. 2. Emmanuel Sà de impedimentis matrimonij num. 10. Filliucius tractatu 10. parte 2. cap. 4. quæst. 2. num. 121. Henriquez lib. 12. cap. 5. num. 9. Valentia tomo 4. disput. 10. quæst. 7. puncto 3. 6. ordo, Gutierrez de matrimonio cap. 9. num. 10. Coninc de Sacramento ordinis disput. 20. dubio 11. num. 116. Lryman lib. 5. tractatu 9. capit. 11. Bonacina tomo 1. de impedimentis matrimonij, quæst. 3. puncto 9. num. 8. Basilius lib. 7. de matrimonio cap. 27. num. 2.

2. Sed licet hæc nostra conclusio tot iuribus corroborata verissima sit, difficilis redditur ex sequentibus obiectionibus: prima nascitur ex cap. quicumque 77. dist. vbi probatur, coniugatis licere ad ordinem Subdiaconatus ascendere, & matrimonio contracto uti: ergo Subdiaconus non tenetur castitatem observare, & per consequens dicendum videtur, matrimonium contrahere valere.

3. Secunda difficultas oritur ex cap. 5. Apostolorum, ibi: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam nunquam prætextu religionis abiciat*, capit. si quis docuerit 28. dist. ibi: *Si quis docuerit, Sacerdotem sub obtentu Religionis propriam uxorem consecrari, anathema sit*. Ex quibus iuribus constat, Episcopis, vel Presbyteris licere uxorem habere: ergo à fortiori Subdiacono licitum, atque permissum erit matrimonium contrahere, & uxorem habere.

4. Tertio obstat text. in cap. quoniam 31. dist. ibi: *Nos antiquum sequentes canonem Apostolica diligentia, & constitutiones sacrorum virorum legales nuptias à modo valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum cõnubia dissolventes, aut privantes eorum familiaritate, ad invicem in tempore opportuno. Quicumque ergo diligens inventus fuerit in Subdiaconali ordinatione, aut Diaconali, aut Sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad eam ascendere gradum pro vxoris sua legitime cohabitatione, neque etiam tẽpore ordinationis suæ profiteri cogatur, quod abstinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate*. Ex quibus verbis apparet, initiatis sacris ordinibus licitum esse uxorem habere.

beret ergo quia matrimonium ab eis celebrari valet.

5. Quarto refragatur Concilium Ancyranum cap. 10. relatum in cap. Diaconi 28. dist. ibi: *Diaconi quicumque sunt ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere: hi si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiã dederit. Quicumque sunt tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debent.* Ex quibus verbis probatur, quod si Diaconi in sua ordinatione protestantur se continentiam observare non posse, eis postea ad nuptias venire licet: ergo si sub hac protestatione ad ordinem Subdiaconatus quis ascenderit, ei postea matrimonium contrahere licebit, & per consequens videtur dicendum, non rectè Alexandrum Tertium in dicto cap. ex litterarum simpliciter asseruisse, matrimonium à Subdiacono contrahi non valere.

6. Quintò resistit nostræ decisioni auctoritas Divi Augustini relata in cap. vnico §. illud 35. quæst. 1. in illis verbis: *Ecclesia post Apostolica instituta, quedam consilia perfectionis addidit, utpote de continentia ministrorum.* Ex quibus probatur, ministris sacris ordinibus initiatis non esse inpositum præceptum, sed consilium tantum observandi castitatem: ergo eis, & per consequens Subdiacono non est prohibitum matrimonium contrahere.

7. Sextò, & vltimò pugnat Concilium Gangrense cap. 4. quod refertur in cap. si quis disceruit 28. dist. ibi: *Si quis discernit, Presbyterum conjugatum, tanquam occasione nuptiarum, quòd offerre nõ debeat, & absque oblatione ideo se abstinere, anathema sit.* Ex quibus verbis constat, non posse clericos impediri oblationem Ecclesiasticã percipere, ex eo quod matrimonium contraxerint: ergo quia eis non est prohibitum talem contractum celebrare, & à fortiori neque Subdiaconis videtur asserendum, matrimonium cõtrahere prohibitum esse.

8. Quibus argumentis non obstantibus, dicendum est, verissimam esse nostram assertionem, scilicet Subdiaconis, & cæteris initiatis sacris ordinibus ob plures rationes prohibitum esse matrimonium contrahere, quarum prima est: quia cum sacerdotes perpetuò Deo, & rebus divinis in servire debeant, & ab hac obligatione impedirentur, atque distraherentur clerici, si essent

coniugati, teste Apostolo epistola ad Corinthios cap. 6. idcirco clericis sacris ordinibus initiatis prohibitum fuit matrimonium contrahere. Secunda est, nam Episcopi, & initiati sacris ordinibus debent esse hospitales, & in pauperes misericordiam exercere, quam cum non possint exercere, si uxorem, & liberos habent nam eos alere tenentur, ut ait Apostolus in epistola 2. ad Corinthios, hac de causa Alexander Tertius in præfenti asseruit non licere clericis matrimonium contrahere. Quibus commotus Innocentius Secundus, qui præfuit Concilio Romano generali, de quo loquitur text. in cap. ut lex 27. quæst. 1. nã solum prohibuit clericis matrimonium contrahere, sed contractum annullavit, atque irritavit: vnde sequitur, ex tempore primitivæ Ecclesiæ vsque ad annum 1139. quo statutum fuit Concilium prædictum generale, matrimonium à clericis celebratum validum esse: nam licet traditione Apostolorum, & auctoritate plurimorum Conciliorum, quæ adduximus in cõfirmationem nostræ assertionis, prohibitum esset clericis matrimonia contrahere, cum tamen solum prohibitione, non annullatione, atque irritatione vterentur: (Quod necessarium est, ut actus contra legem gestus sit nullus, tum quia, cū lex aliquid prohibens sit odiosa, restringenda est eius obligatio, cap. odia restringi de regulis iuris in 6. tum quia ex natura rei auctus gestus contra legem prohibentem, sed non irritantem, est validus, cum aliud sit prohibere, aliud irritare. Suarez de legibus capite 25. & 29. Salas de legibus disput. 16. section. 5. Layman lib. 1. tractatu 4. cap. 16. num. 3. Bonacina disput. 1. de legibus quæst. 1. puncto 7. §. 5. num. 8. & disput. 3. de contractibus quæst. 1. puncto 3. num. 23.) Merito dicendum est, vsque ad prædictum tempus Concilij generalis matrimonium à clericis celebratum validum fuisse, sic docet Basilus ubi supra dict. lib. 7. cap. 27. nu. 2.

9. Contra quam sententiam non obstat text. in dict. cap. Presbyteris 27. dist. cum alijs quàm plurimis, quibus probatur, matrimonium à clericis celebratum separandum esse: ergo ante prædictum Concilium generale, matrimonium à clericis contractum erat nullum, aliàs etenim non separaretur. Nam respondendum est, non ex eo quod separaretur matrimonium, sequi in validum esse, cum ibidem solum separaretur quoad thorum, & cohabitationem, ob pœnam tam gravis delicti à clericis commissi in  
contra-

contrahendo matrimonium contra prohibitionem proveniētem ex tempore primitivæ Ecclesiæ.

10. Ex qua doctrina primò inferitur, matrimonium à Monachis celebratum ex tempore primitivæ Ecclesiæ vsque ad annum 1139. quò in prædicto Concilio Generali Innocentius Secundus irritavit, atque annullavit matrimonia ab eis contracta, ut constat ex dist. cap. ut lex, validum fuisse. Ratio est: nam decreta, atque Concilia vsque ad illud tempus celebrata solum prohibebant monachis matrimonia celebranda, non verò irritabāt, quod confirmatur ex Concilio Ancyrano cap. 19. cuius fit mentio in cap. quotquot 27. quæst. 1. Concilio Elliberitano cap. 13. quod refertur in cap. virgines eadem causa, & quæst. vbi probatur Monachis matrimonium contrahentibus pœnam tantum imponi, nō verò à vinculo matrimonij separari: ergo quia vigorem continebat talis contractus. Patet etiam ex Concilio Valentino Galliarum celebrato sub Damaso Papa anno Christi 347. cap. 2. in illis verbis: *De puellis verò, quæ se Deo vouerant, si ad terrenas nuptias sponte transferint, id custodiendum esse decreuimus, ut pœnitentia his non statim detur, & cum data tamen fuerit, nisi plene Deo satisfecerint, in quantum ratio poposcerit, eorum communio differatur.* Ex quo Concilio satis colligitur, matrimonia à Monachis celebrata valida esse, cum nullo verbum irritationis, aut annulationis in eo interveniat, sed solum, ut contrahentibus pœnitentia imponatur propter sacrilegium ab eis commissum. Præterea confirmatur ex Concilio Arelatensi II. sub Siricio Papa celebrato prepe annum Christi 390. canone 33. ibi: *De puellis, quæ se vouerant Deo, & præclaro nominis decore sternerunt, si post viginti, & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transferint, id custodiendum esse decreuimus, ut cum his, cum quibus se obligauerint, communionem primentur, ita ut eis postulantis pœnitentia non negetur, cuius pœnitentia communio multo tempore differatur.* Ex quibus verbis, & præcipue ex illis *sponte transferint, & cum quibus se obligauerint*, evidenter ostenditur, matrimonia à Monachis celebrata vim habere. Rursus corroboratur ex Concilio Toletano Primo, sub Anastasio condito anno Domini 400. canone 16. ibi: *Quantum in vitium acceperit, non admittatur ad communionem, nisi abnuente ipso viro castè vivere ceperit, aut postquam ipse recesserit.* Ex quo Concilio cum de religio loquatur, ut ex eius principio constat.

constat, evidenter apparet, matrimonia à religiosis contracta esse valida, aliàs etenim Concilium non vteretur verbo *maritum*, quod præsupponit validitatem matrimonij, neque indigeret mariti morte, vt religiosa ad communionem admitteretur. Vterius ex Concilio Venetico sub Leone Primo, celebrato anno 493. canone 4. ibi: *Eas etiam, quæ virginitatem professe, & benedictionem fuerint per manus impositionem sub contestatione huius propositi consecrate si fuerint in adulterio deprehense, cum ad plures ipsarum arcendas à communionem censemus.* Ex Concilio Turonico Primo, tempore Hilarij Papæ anno Christi 481. canone 6. Concilio Aurelianensi Primo, sub Symmacho statuto anno 514. canone 23. Concilio Toletano Secundo, sub Bonifacio Secundo, congregato circa annum 532. canone 1. Concilio Toletano Quarto, sub Honorio Primo, constituto anno 653. canone 56. Concilio Parisiensi, quod Severinus appellat 3. tempore Ioannis Papæ Tertij, & Childeverti Francorum Regis post annum Christi 559. canone 5. Concilio Coloniensi sub Stephano Sexto, aliàs 5. celebrato anno Domini 887. can. 6. & ex Concilio Moguntino sub eodem Stephano, & Arnulpho Rege celebrato anno Christi 888. canone 26. Ex quibus Concilijs constat, Monachis matrimonium contrahentibus solum poenam imponendam esse, non verò matrimonium esse invalidum. Vnde cum de eius nullitate non loquantur, manifeste apparet, matrimonium à Monachis contractum prædicto tempore validum fuisse. Denique probatur ex auctoritate Divi Augustini lib. de bono Viduitatis cap. 9. 10. & 11. qui maximè reprehendit sententiam eorum, qui affirmant, matrimonia à religiosis contracta prædicto tempore invalida fuisse. Et ex D. Cypriani epistola 62. ex qua desumpti fuerunt, cap. neque aliqua & cap. quod si poenitentia 27. quæst. 1. ibi: *Quod si ex fide se Christo dicauerint pudice, & castè sine ulla fabula persenerent, ita fortes, & stabiles pramium virginitatis expectent: si autem persenerare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant.*

11. Ex quibus fundamentis, deducitur, irritationem matrimonij à monachis contracti à iure Ecclesiastico tantum provenire, cui sententiæ auxiliantur glos. in cap. 1. verbo *sub testimonio*, ad finem 27. quæst. 1. & in dicto cap. Rursus hoc titulo, verbo *apud Deum*, & ibidem Ioannes Andreas num. 8. Hostiensis num. 2.

## *Adtex. in c. 2. Qui Clerici, vel vouent.* 9

Ant. num. 7. Abbas num. 6. Enriq. num. 3. & 7. Anchar. num. 3. Cardinal. num. 3. quæst. 2. Alexander de Nevo num. 10. & 11. Archidiac. in dict. cap. unico de voto in sexto, num. 2. Dominicus num. 10. Francus num. 1. notabili 2. Rosella verbo *impedimentum*, impedim. 4. num. 2. Angel. matrimon. 3. impediment. 5. Scotus in 4. dist. 38. quæst. unica ad finem, vbi Ricardus art. 7. quæst. 2. in solutione ad tertium in fine, Paludanus ibi quæst. 4. art. 4. ad finem num. 54. & conclus. 11. num. 49. Stunica de voto quæst. 6. num. 116. Vera Cruz prima parte speculæ, art. 31. conclus. unica, Mozius de matrimonio, titulo qui matrimonium contrahere possunt, num. 12. Metina de sacrorum hominum continentia lib. 4. controversia 7. cap. 22. & multis sequentibus præcipue cap. 31. paulo post principium, Angles floribus prima parte vbi de matrimonio quæst. 11. de impedimento ordinis. art. 3. difficult. 1. Vgolin. de sacrament. vbi de matrimonio cap. 19. num. 5. Lessius de iustitia & iure lib. 4. cap. 41. num. 68. Gutierrez de matrimonio cap. 94. num. 6. Belar. lib. 2. de Monachis cap. 34. Rebellus lib. 3. quæst. 4. num. 5. Thomas Sanchez dicto lib. 7. disputat. 26. num. 2. Reginaldus lib. 31. num. 123. Coninc disputat. 31. dubio 6. num. 67. Bonacina tomo 1. quæst. 3. de impedimentis matrimonij puncto 4. num. 3. Basilius de matrimonio lib. 7. cap. 14. Quorum sententia probatur etiam ex eo: nam cum votum solemne à Monachis emissum matrimonium subsequens non irritet, qua ratione votum est, aliàs omne votum irritaret, sed qua ratione est solemne, & hæc solemnitas iure Ecclesiastico proveniat dicto, cap. unico de voto in 6. id circo asserendum est, matrimonium à Monachis contractum iure Ecclesiastico irritari.

12. Contra quam sententiam obstant textus in cap. Peruenit ad nos, cap. si quis sacro, cap. si custos religiosi habitus, cap. si homo, cap. si qua Monacharū, cap. si quis rapuerit, cap. omnes femina, cap. & quia 27. quæst. 1. in quibus iuribus probatur matrimonium contrahentes post Monastica vota separandos esse, & ad monasterium reuerti: ergo ante Innocentium Secundum matrimonium à Monachis contractū erat nullum, aliàs enim sic contrahentes à matrimonio non separarentur, nec ad monasterium redigerentur. Augeturque difficultas ex Concilio Aurelianensū Quinto, canone 19. celebrat sub Vigilio anno Christi 552. Cō-

cilio Turonensi Secundo, condito sub Ioanne Tertio, canone 16. anno Christi 550. Concilio Matisconensi Secundo, celebrato sub Pelagio Secundo, anno Christi 582. canone 12. & ex Concilio Triburiensi constituto anno Christi 895. sub Formoso Papa, canone 23. in quibus Concilijs idem apertè probatur.

13. Rursus refragatur, nam actus celebratus contra legem tantum prohibentem est nullus, leg. non dubium, C. de legibus, cap. vides 10. dist. cap. videtur, nobis 35. quæst. 6. in illis verbis: *Nam quod contra interdictum, & ordinem Ecclesiæ factum est, tanquam inordinatum, ratum non haberi, tam divina, quam humana legis proclamant auctoritas*, cap. quæ contra de regulis iuris in sexto, ibi: *quæ contra ius fiunt, debent vniq; pro infectis haberi*; sed ante dictum Concilium Romanum Generale ex tempore primitivæ Ecclesiæ prohibitum erat Monachis matrimoniam contrahere, vt ex iuribus supra relatis constat, ergo matrimonium à Monachis celebratum omni tempore irritum, atque nullum fuit.

14. Præterea pugnat, nam nullus fieri poterat tempore antiquo religiosus, nisi prius Deo votum simplex castitatis omittet, cum hæc promissio sit de essentia religionis, vt probatur ex cap. cum ad monasterium in fine, de statu monachorū, sed votum simplex castitatis annullat, atque irritat matrimonium, cap. quia sunt, cap. si se cuiquam 28. dist. cap. feriatim 32. dist. vbi asseritur matrimonium post obitum mariti contractum ab vxore, quæ promisserat Deo votum simplex castitatis, vt idem maritus ad Sacerdotium promoveretur, nullū esse ergo votū simplex castitatis impedit, & dirimit matrimonium, & per consequens dicendum videtur, matrimonium à Monachis celebratum semper nullius momenti fuisse.

15. Denique obstat sequens difficultas, quæ oritur ex eo: nam iure naturæ res vni tradita validè alij tradi non potest, cum quod quis non habet, in alium transferre nequeat, lege nemo plus iuris, ff. de regulis iuris, ca. quod autem de iure patronatus; sed religiosus est traditus religioni: igitur postea validè vxori tradi non potest. Quibus objectionibus moti Divus Thomas in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 3. quæst. 3. Sotus lib. 7. de iustitia & iure, quæst. 2. art. 5. colum. 7. vers. *sed interrogas*, & in 4. dist. 38. quæst. 2. art. 2. colum. 4. vers. *& vt claritatis gratia*, C. rreus lib. 3. de sponsalibus, cap.

cap. 6. Matienzo lib. 5. recopillat. titulo 1. in rubrica glos. 1. num. 7. Barbof. in rubrica, ff. soluto matrimon. 2. p. num. 98. Vega 2. tomo summe cap. 57. casu 11. Covar. in 4. Decretalium secūda parte cap. 7. §. 4. num. 7. Tabiena verbo *dispensatio*, quæst. 7. num. 8. in solut. ad primum, & verbo *impedimentum*, impedimento 2. num. 5. Enriquez lib. 12. de matrimonio cap. 5. num. 2. in fine, Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 53. art. 2. dubio vnico, conclusione vnica, Ludovicus Lopez 2. p. instrut. de matrimonio, cap. 48. in solut. ad primum. Bart. de Ledesma dubio 33. de matrimonio conclus. 2. Defendunt, matrimonium à Monachis celebratum ex iure naturali divino irritum esse.

16. Sed retenta priori sententia, aduersus eam non refragatur prima difficultas ex dict. cap. pervenit ad nos cum alijs ibidem relatis, cui respondendum est negando consequentiam: nam prædicta iura procedunt in separatione matrimonij quoad torū, non verò quoad vinculum. Vnde cum Monachus in contrahendo matrimonium sacrilegium committeret propter violationem voti simplicis, quod necessarium ex iure divino ad statum Monachalem est: ideò separari à matrimonio quoad torum, & cohabitationem, & restitui suo monasterio in pœnam tam gravis delicti, dicitur, ita Basilus dict. lib. 7. cap. 19. num. 2.

17. Neque obstat secunda obiectio, ex dict. leg. non dubium, C. de legibus, in qua difficultate dissolvenda maximè laborant interpretes. Cardinalis verò in Clementina prima de rescriptis, Felinus in cap. secundo de test. Sylvester verbo *lex*, quæst. 28. existimant, discrimen esse constituendū inter casum, quo actus simpliciter prohibetur, & inter eum, quo non solum prohibetur actus, sed etiam eius prohibitioni adijcitur pœna: primo casu iniquum non valere, & in hac specie intelligi text. in dict. leg. non dubium, cum prohibitio solum interveniat: in secundo verò valere, ne duæ apponantur pœnæ. Sed hæc interpretatio rejicitur ex eo: nam adstricto voto simplici castitatis prohibetur simpliciter matrimonium contrahere, & tamen post eius celebrationem est validum, dicto cap. rursus, dicto cap. meminimus hoc titulo, dict. cap. vnico de voto in sexto. Tum etiam rejicitur ex eo: nam actus celebratus per simoniam realem, non solum prohibetur, sed etiam ei adijcitur pœna, & tamen est nullus, vt constat ex titulo

de simonia. Alij ex interpretibus discrimen constituunt inter prohibitionem, quæ habet causam perpetuam, & inter eam, quæ solum habet temporalem: primo quidem casu actum gestum contra prohibitionem nullius momenti esse docent: secundo verò casu valere. Quæ interpretatio primò convincitur ex eo: nam minoribus prohibetur sine tutorum auctoritate alienationem bonorum facere, cuius prohibitio defectum temporalem, non verò perpetuam continet, & tamen contractus à minore celebrati sine tutoris auctoritate nulli sunt, vt constat ex titulis, ff. de minoribus, & C. de prædijs minorum: ergo prædicta solutio principijs iuris nõ est consona. Deinde, nam votum simplex castitatis prohibitionem perpetuam habet, & tamen matrimonium contra ipsum votum celebratum validum est, dict. cap. rursus, dict. cap. meminimus, dict. cap. unico. Præterea, nam cognatio spiritualis orta ex catechismo baptismi habet prohibitionem continuentem causam perpetuam; sed matrimonium contra talem prohibitionem est validum, cap. per catechismum de cognatione spirituali in sexto: ergo prædicta sententia improbabilis est. Bartolus in leg. si quis pro eo num. 9. ff. de fideiussoribus. Covar. in cap. quamvis pactum a. p. 6. 2. de pactis in sexto, distinguunt inter prohibitionem factam ratione personæ, & inter prohibitionem factam ratione rei: primo casu, si dirigatur prohibitio ad personam, in quantum actum contra eam celebratum non valere: secundo verò casu, si prohibitionem ipsam inspiciat, vim habere actum in contrarium factum. Quæ solutio rejicitur ex eo: nam clericis prohibetur ratione personarum officium tabellionis exercere, sed instrumenta ab eis facta sunt valida, cap. sicut te, ne Clerici, vel Monachi: ergo discrimen supra traditum defendi nequit. Vnde reiectis his, & alijs interpretationibus, dicendum est, text. in dict. leg. non dubium specialiter in locis Imperatori subiectis procedere, quibus ob specialem illam cõstitutionem Theodosij observatur, actum gestum contra legem simpliciter prohibentem nullius momenti esse, sic notarunt Suarez lib. de legibus cap. 29. num. 4. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 16. num. 3. Basil. lib. 5. de matrimonio cap. 3. num. 13. Molina lib. 1. de iustitia & iure tractatu 2. disput. 88. Gabriel Bazquez tomo 1. in prima secundæ, disput. 164. cap. 3. Salas de legibus, disputat. 15. lect. 5.

18. Contra quam interpretationem non obstat text. in dicto cap. vides 10 dist. cap. Imperiali 13. quæst. 2. dict. cap. videtur nobis 35. quæst. 6. ex quibus iuribus constat iure canonico actum contra prohibitionem simplicem factum non valere: & idè cõstitutionem Theodosianam generaliter observandam esse: nam respondendum est, Gregorium Primum non transtulisse constitutionem Theodosij ad canonicas sanctiones, vt observaretur, sed solum in prædictis iuribus, & præcipuè in lib. 7. epistola 2. cap. 7. ex quo ipsa iura deducta fuerunt, explicavit, atque retulit qualem vim Imperiales constitutiones habere debeant in locis Imperatori subiectis, vt notarunt Suarez, & Layman locis citatis. Deinde non refragatur text. in dict. regula quæ contra, vbi simpliciter asseritur, factum contra legem non valere: nam satisfaciendum est dicendo, intelligi eo casu, quo lex vtatur non solum prohibitione, sed annulatione, aut irritatione. Vterius non obstat text. in cap. ultimo de pactis, ibi: *Nam etiam secundum legitimas sanctiones pactum turpe, & rei turpis, aut impossibilis de iure, vel de facto nullam obligationem inducit.* Cui difficultati respondendum est dicendo, Gregorium Nonum ibidem non agere de actu facto contra legem simpliciter prohibentem, sed de promissione agendi contra legem prohibentem, quo casu eam promissio turpis sit, in valida est, leg. generaliter, leg. veluti, leg. si flagitij, ff. de verborum obligat. leg. iuris gentium 1. si ob maleficium, ff. de pactis, quod turpi ex causa inst. de inutilibus stipulat.

19. Non pugnat tertia obiectio deducta ex dict. cap. quia sunt, cap. si se cuiquam 28. dist. dict. cap. seriatim 32. dist. nam respondendum est, specialiter procedere, quando maritus post votum simplex castitatis ab vxore emissum factus est Sacerdos, aut Religiosus, quo casu ex constitutione Ecclesiastica ob reverentia ordinis assumpti à viro, aut religionis, votum simplex castitatis non solum impedit matrimonium contrahendum, sed dirimit contractum: ita docent Abbas in cap. constitutus de conversione coniug. num. 6. Sanchez lib. 7. de matrimonio disputat. 40. num. 3. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 14. quæst. 11. Layman lib. 5. tractatu 10. p. 4. cap. 4. num. 7. Filliucius tract. 10. p. 2. cap. 4. q. 7. num. 171. Bonacina d. 1. tomo quæst. 3. de impedimentis matrimonij puncto 9. num. 22.

20. Non obstat vltima difficultas, cui satisfaciendum est constituendo differētiam inter traditionem rei, aut personæ descendente[m] ex iustitia, vel inter eam, quæ oritur ex religione: primo casu, si propter obligationem ortam ex iustitia res alicui tradatur, non valet secunda traditio quoad translationem dominij: nam nemo potest in alium transferre, quod non habet, d. c. quod autem de iure patronatus: secundo quidem casu, quando obligatio nascitur ex religione, tunc enim etsi traditio interveniat, secunda traditio alteri facta ex obligatione iustitiæ est valida: nam vt hæ duæ traditiones concurrant, earum naturæ non repugnat. Vndè cum traditio, quæ fit in voto castitatis, pertineat ad religionem, & quæ fit in matrimonio ad iustitiam: id circo asserendum est, post votum religionis Deo emissum matrimonium contractum à monachis vsque ad annum 1139. quo celebratum fuit dictum Concilium Romanum generale, validum fuisse. Et hac de causa si post matrimonium contractum, & consumatum de licentia vxoris promittentis Deo votum simplex castitatis, aut post adulterium commissum ab vxore, professio sit facta à marito in religione approbata, est valida, vt constat ex toto tit. de conversione coniugatorum: nam hæ duæ traditiones cōcurrere possunt, Thomas Sanchez dict. lib. 7. disp. 26. num. 2.

21. Advertendum est, quòd ex tempore Innocentij III. vt matrimonium à monachis celebratum sit nullum, necesse est, eorum professionem in religione per Sedem Apostolicam approbata fieri: nam licèt olim Episcopi potestatem haberent religiones approbandi, cum eis omnes religiosi subditi essent, vt cōstat ex Concilio Chalcedonēsi cap. 4. relato in cap. quidam 18. q. 2. ex Concilio Nicæno cap. 14. & ex Aureliensi canone 1. transcripto in cap. Abbates 18. quæst. 2. Innocentius Tertius occasione Vbaldensium hæreticorum, qui pauperes de Lugduno vocabantur, statuit in Concilio Lateranensi celebrato anno Christi 1212. de quo fit mentio in cap. ne nimia de religiosis domibus, ne deinceps quis fundaret religionem sine Sedis Apostolicæ approbatione, quod decretum postea renovatum fuit à Gregorio X. in Concilio Lugdonensi, quod refertur in cap. vnico de religiosis domibus in sexto. Sic docent Thomas Sanchez 2. tomo summæ lib. 5. cap. 1. num. 19. Basil. dict. lib. 7. cap. 11. num. 2.

22. Rursus deducitur interpretatio ad text. in Authent. de sanctissimis Episcopis colla. 9. §. si qua mulier, ex quo deductus fuit text. in cap. si qua mulier 19. quæst. 3. ubi asseritur, testamentum à monachis celebratum validum esse. Ratio est: nam cum facultas disponendi de suis bonis solū eis fuisset prohibita, nō verò irrita, atque annullata: idēò dicendum est dispositionem à monachis factam validam fuisse vsque ad tempus Gregorij Magni, qui annullavit, atque irritavit dispositionem à monachis conditam, quo tempore intelligendi sunt text. in cap. quia in gredientibus, cap. per latum 19. quæst. 3. qui loquunt, testamentum à monachis factum in validum esse, ita tenet Basilius loco citato cap. 13. ex num. 3. Contra quam doctrinam non obstat Concilium Aurelianense I. celebratum tempore Symmachi Papæ prope annum 507. canone 21. ibi: *Quod si quis monachus per contumaciam stiterit inde uotus, aut per aliqua loca uagari, aut peculiare habere presumpserit, omnia, que adquisierit, ab Abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura.* Nam respondendum est, quòd licet prohibitum esset monachis de bonis suis disponere, cum eis non liceret bona sua administrare sine licentia prælati, si tamen de facto dispositio ab eis facta esset, ualebat, quia prohibitio solū, non verò irritatio constituta erat.

23. Ulterius deducitur, negociationem clericis prohibitam, & matrimonium tempore interdicto, aut ante publicas denunciations, vel post votum simplex continentia, aut contra fidem priorum sponsalium celebratum, validum esse: nam in his casibus solū prohibitio, non verò irritatio intervenit, quod probatur ex cap. clerici, cap. ultimo de vita, & honestate clericorum, cap. secundum instituta, ne clerici, vel monachi, ibi: *Secundum instituta prædecessorum nostrorum, sub interminatione anathematis prohibemus ne monachi, vel clerici, causa lucri negotientur.* cap. fornicari 10. 38. dist. cap. quanquam de censibus lib. 6. Concil. Trident. Sessio. 24. cap. 1. cap. meminimus, dicto cap. rursus hoc titulo, cap. sicut ex litteris 22. de sponsalibus, ita Layman dict. lib. 1. tract. 4. cap. 16. num. 3. Basilius loco citato, dict. cap. 14. num. 3.

24. Deniquè deducitur contractus diebus festiuis celebratos validos esse, actus verò iudiciales nullos. Ratio est: nam in his nō solū prohibitio, sed etiam irritatio à iure est interposita,

in illis tantum prohibitio: quod probatur ex cap. 1. cap. fin. de ferijs, ita Sylvester verbo *Dominica*, quæfito. 3. Abbas in dict. capite ultimo de ferijs, Suarez tomo 1. de religione tractatu 2. lib. 2. cap. 30. num. 2. Bonacina 2. tomo disputat. 5. circa 3. decalogi præceptum quæst. vnica, puncto 2. num. 11. Fagundes lib. 1. primi Ecclesiæ præcepti cap. 12. num. 3. Ideo que contractus celebratos in Ecclesia validos esse, eum solum prohibitio, non verò irritatio à iure hoc in casu interveniat, cap. decet de immunitat. Eccles. in sexto, ita Panormitan. in cap. cum Eccles. de immunit. Eccles. Sylvest. verbo *Immunitas* 1. num. 3. Suarez tom. 1. de Religione lib. 3. de reverentia locorum sacrorum cap. 4. num. 8. Bonacina disput. 3. circa 1. decalogi præceptum, quæst. 6. puncto vnico num. 15.

25. Quibus sic constitutis, non obstant argumenta pro ratione dubitandi adducta, non primum ex dict. cap. quicumque 77. dist. cui satisfaciendum est dicendo, quod licet ex primitiva Ecclesia sacris ordinibus initiatis prohibitum sit matrimonium contrahere, vt constat ex canone 27. Apostolorum; Concil. Carthaginensi II. cap. 2. relato in cap. Episcopos 31. dist. Concilio Agathensi canon. 39 quod refertur in cap. Presbyteri 34. dist. Aurelianensi II. canon. 8. Toletano II. can. 1. Toletano VIII. canone 5. & 6. Moguntino sub Arnulpho Rege canone 19. Moguntino sub Leone VIII. Tolosano sub Victore II. canone 6. Concilio Romano sub Nicolao II. canone 3. Romano sub Gregorio VII. Quintiliburgensi sub Gregorio VII. canone 6. & matrimonio contracto ante ordinis susceptionem vti prohiberetur, vt patet ex cap. tenere debet, cap. nam sicut, cap. eos 31. dist. cap. ministri 81. dist. Concilio Arelatensi II. canone 2. Concilio Carthaginensi II. canone 2. Concilio Carthaginensi V. sub Anastasio, canone 5. quod habetur in cap. cum de quorundam dist. 84. Concil. Carthaginensi V. cap. 3. quod refertur in cap. placuit 32. distinct. Concilio Illiberitano canone 33. Concil. Gerundenfensi canone 6. Postea tamen sequentibus Hispaniæ Concilijs statutum fuit, vt clericis initiatis ordine Subdiaconatus matrimonio contracto ante ordinis susceptionem vti liceret, denegata licentia Presbyteris, atque Diaconis, vt constat ex Concilio Toletano Primo cano. 1. quod postea per Concilium Gerundenfense derogatum fuit. Vnde cum in dicto cap. quicumque probet licere Subdiacono matrimonio

monio iam contracto uti dicendum est, procedere eotempore, quo Subdiaconis usus matrimonialis permissus, atque licitus erat. In Africa verò eandem cōsuetudinem obseruatā fuisse quoad Subdiaconos probat Concilium Carthaginense Quintum, capite 5. quod habetur in cap. cum de quorundā § 4. dist. in Gallia enim & in Italia idem obseruatum fuisse, inquit Arelatense Concilium Secundum, cap. 2. Conciliū Turonense Primum, cap. 1. & 2. Concil. Lugdunense Secundum, cap. 1. in alijs terris Latinorum nunquam admissum fuit, ut Subdiaconi matrimonio contracto ante ordinis susceptionē uti possent, ita docet Basilius lib. 7. cap. 24. num. 4. & 5.

26. Contra quod obstat textus in cap. Nycæna Synodus 31. dist. deductus ex Concilio Nycæno, quod celebratum fuit in civitate Nycæa Provincia Bythimæ sub Constantino Magno, anno Christi 325. ubi statutum fuit, Subdiaconis, Diaconis, atque Sacerdotibus licere matrimonio ante ordinis susceptionem contracto uti, ergo nostra doctrina defendi nequit: ad cuius veram explanationem prænotandum est, clericis Græcis ordinibus sacris initiatis nunquam licuisse matrimonium contrahere, ut constat ex sexta Synodo Generali, quæ refertur in cap. si quis 32. dist. ibi: *Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem Subdiaconatus faciat.* Coniugatis tamen permittitur, atque licet ad ordinem sacrum ascendere, & post eius susceptionem matrimonio contracto uti, excepto tempore, quo altaris ministerio inserviunt, quod post traditionem Apostolorū usum matrimonialem prohibentem admissum fuit, ut probatur ex Innocentij Secundi decreto relato in cap. cum olim de clericis coniugatis, ex Concilio Lateranensi relato in cap. ut clericorum de vita, & honestate clericorum, cap. quæ situm de pœnitentijs, & remissionibus, cap. aliter 31. dist. ibi: *Aliter se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: nam earum sacerdotes, Diaconi, atque Subdiaconi matrimonio copulantur.* Quæ verba intelligenda sunt de matrimonio contracto ante ordinis susceptionem: nam verbum *copulantur*, de quo ibi, accipitur pro matrimonij iam contracti usu, cum multoties sic accipitur, cap. Agathosa 27. quæst. 1. cap. nosse 30. quæst. 1. Vnde cum Concilium Nycænum, ex quo deductus est text. in cap. Nycæna Synodus, loqua-

loquatur de clericis Græcis: nam in Bythiua Provincia Græcia celebratum fuit: ideo sententiam Paphnutij afferentis non convenire, consuetudinem, qua Græcis coniugatis licitum erat matrimonium contrahere, & eo vti, derogare, statuit unicuique coniugato permissum esse, secundum consuetudinem allegatam à Paphnutio matrimonium contrahere, & eo vti. Ita glossa in cap. de libellis 28. dist. & in cap. cum olim, & ibidem Imola numer. 4. Ioannes Andreas numer. 1. Abbas numer. 2. & 3. Azor dict. lib. 13. institut. moral. cap. 13. quæst. 1. Thomas Sanchez dicta disputat. 28. numer. 6. Layman loco citato numer. 9. Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 19. Coninch de sacramento ordinis disputat. 20. dubio 11. numer. 116. Rebellus 2. p. lib. 3. quæst. 12. numer. 3. Fillucius tractatu 9. cap. 3. quæst. 8. & tractatu 10. p. 2. numer. 121. Bonacina dicta quæst. 3. puncto 9. numer. 13. Qua solutione interpretandus est text. in cap. Diaconus 27. dist. vbi probatur Diaconū cessantē ab altaris ministerio, matrimonio contracto ante diaconatum licitè vti posse. Contra quam interpretationem non adversantur illa verba, *pro accipiende matrimonio, & postea matrimonium desideravit*: nam sunt intelligenda de usu matrimonij iam contracti, sic docet glossa in dicto cap. Diaconus, & ibidem Rodericus Acuña numer. 4. Boverius de republica Ecclesiastica, p. 2. lib. 2. cap. 11. §. hinc perperam folio 396.

27. Contra quam doctrinam pugnat text. in capit. fin. 28. dist. vbi asseritur, dignos esse reprehensione Presbyteros Græcos, qui uxores habent; ergo siue matrimonium contractum sit ante ordinis susceptionem, siue postea, illicitum est Græcis matrimonio vti. Ad cuius satisfactionem, vel responsionem advertendum est, olim apud Græcos consuetudinem insanam, atque improbā intervenisse, qua constitutum erat, vt nullus ad sacrum ordinem promoveretur, nisi prius matrimonium contraheret; quam consuetudinem reprehendebat antiquis temporibus Divus Hieronymus in Vigilantio Ioviniani discipulo huius erroris auctore, quem errorem sepultum Vbicleph, & Lutherus postea in totius Ecclesiæ perniciem suscitavit sathanica rabie furētes. Contra clericorum Cælibatum, vt referunt Bellarminus lib. 1. de clericis, cap. 59. vers. posterior, Sotus lib. 7. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 1. pag. 1. Enriquez lib. 10. de ordine cap. 14. §. 5. Rodericus Acuña

In dict. cap. Nycænanum, 8. Vnde dicendum est in dicto cap. fin. non reprehendi Presbyteros, ex eo quòd matrimonio ante ordinis susceptionem contracto vtantur, sed ex eo, quòd hanc infamè atque improbam consuetudinem obseruassent: ita docet Basilius lib. 7. cap. 23. num. 26.

28. Non obstat secundum argumentum deductum ex canone 6. Apostolorum, qui refertur in cap. si quis docuerit 28. dist. qua difficultate motus Cletovæus de continentia Sacerdotum, cap. 4. & sequentibus affirmavit, tempore Apostolorum licitum fuisse conjugatis ad sacrum ordinem ascendere, & matrimonio vti: sed hac sententia omiſsa, ad veram interpretationem prædictæ difficultatis obseruandum est; conjugatum posse ad sacrum ordinem promoveri ex tēpore primitivæ Ecclesiæ, si prius vxor, si senex sit, veluti sexagenaria, votum castitatis Deo emittat, aut si iuuenis sit, in religione approbata professionem faciat. Quod probatur ex cap. Episcopus 77. dist. desumpto ex Concil. Agathensi c. 16. & 17. c. sanè c. cū sit, cap. ex parte de conversione conjugatorum, cap. Agathossa 27. quæst. 2. D. Thom. in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 2. ad secundum, Thomas Sánchez cum alijs quam plurimis ab eo relatis lib. 7. de matrimonio disputat. 39. num. 6. Enriquez lib. 12. cap. 5. num. 10. Coninch disputat. 35. dub. 6. num. 32. Filliucius tract. 10. p. 2. num. 148. Bonacina dicto puncto. 9. num. 18.

29. Contra quod obstat textus in cap. conjugatus de cōversione conjugatorum, ibi: *Nullus conjugatorum est ad sacros ordines promovendus, nisi ab vxore continentiam proficiente fuerit absolutus.* Ex quibus verbis constat, quòd si Maritus ad sacros ordines intēdit ascendere, sufficit vxorem emittere votum simplex castitatis. Quæ difficultate moti Basilius loco citato cap. 25. num. 5. & citati à Thomas Sánchez vbi supra num. 2. inquit, non indigere vxorem, vt maritus ordinetur, ingredi religionem, siue senex, siue iuuenis sit. Sed omiſsa hac sententia respondendum est, textum in dict. cap. conjugatus, procedere eo casu, quo vxor senex sit: tunc enim, cum non timeatur periculum in continentia, potest maritus ad ordinem sacrum ascendere, promisso solum ab ea voto simplici castitatis: ita Thomas Sanchez loco citato num. 9. iuxta quā doctrinam intelligendus est textus in cap. volumus 81. dist. vbi

probatur marito ad sacrum ordinem promotio licere cum vxore, quæ promisserat Deo votum simplex castitatis, habitare, qui textus interpretandus est de vxore sene, cum qua periculum incontinentiæ non timebatur, quo casu, cum periculum incontinentiæ non ad fuisset: idè dicitur cum ea marito licere habitare: at vero, si periculum incontinentiæ timeretur, habitatio in eadem domo illicita esset. Thomas Sanchez vbi supra num. 6. Quibus sic præhabitis, satisfaciendum est canoni 6. Apostolorum, dicendo procedere in matrimonio contracto ante ordinis sacri susceptionem, emisso prius ab vxore, si senex sit, voto simplici castitatis, aut si iuuenis sit, in religione approbata professione facta, quo casu licet quoad cõuertium carnale maritus vxorem abijcere teneatur, quoad curam victus largiendi eam abijcere non potest: nam ei alimenta præstare, & in omnibus providere astrictus est. Quæ solutio probatur ex cap. omninò 31. dist. & ex Synodo Turonensi 2. canone 8. ita docent Azor loco citato cap. 13. quæstio 1. Thomas Sanchez dicta dispueat. 28. num. 7. Sotus in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 1. vers. *pluribus*, Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 21. versicul. *ad primum*, Rodericus Acuña in dict. cap. omninò num. 1. Vazq. de ordine disp. 249. 6. neque eo tempore.

30. Undè venit explanadū, an sit necessarium, quòd consensus Episcopi interueniat in voto simplici castitatis, quod ab vxore sene remanente in sæculo promittendum Deo est, vt eius maritus Sacerdos, vel religiosus fiat. Quo in dubio triplex est sententia, prima est Gaill. Vorrillong. 4. dist. 32. quæst. vnica, art. 2. post 1. conclus. casu 1. Maioli lib. 1. de irregularitate cap. 4. numero 5. qui tenet consensus Episcopi essentialiter requiri. Sed hæc sententia conuincitur, tum ex cap. si vir, & vxor 27. q. 2. vbi non irritatur professio facta ab altero ex coniugibus ex eo quòd consensus Episcopi deficiat, tum ex cap. 1. de conuers. conjugat. in fine: ex quo colligitur professionem à viro factam, ignorante Episcopo, solū in licentia vxoris validam esse, si vxor voverit castitatem: ergo defectus licentiæ Episcopi non obest professioni. Secunda est Rebelli lib. 3. quæst. 4. num. 18. Bonacini loco citato puncto 5. num. 12. in fine, asserentium de præcepto obligante sub mortali opus esse, vt licentia Episcopi interueniat, quod deducit ex dict. cap. si vir, & vxor 27. quæst. 2. si: *Si vir, & vxor diuertere*

pro se la religiosa inter se consenserint uita, nullatenus sine Episcopi cōscien-  
tia fiat. Tertia sententia, cui ut probabiliori ad hæred, est Archi-  
diac. in dict. cap. si vir num. 1. super verbo fiat. & ibi Bellamera nu-  
mero vnico, Ioannes Andréas in dict. cap. 1. num. 1. de conuers.  
coniugat. & ibi Cardin. quæst. 2. Thomas Sanchez dict. lib. 7. dis-  
putat. 32. num. 3. Filiuciustract. 10. p. 2. num. 132. Gutierrez de  
matrimonio cap. 95. num. 4. qui negant de substantia, aut de præ-  
cepto requiri licentiam Episcopi, & satisfaciunt dict. cap. si vir di-  
cendo, procedere de honestate, non uero de præcepto.

31. Ex supra dictis deducitur interpretatio ad text. in  
cap. Diaconissam 27. quæst. 1. & ad text. in cap. mulieres 32. dist.  
vbi mulieres uocantur Diaconissæ, & Presbyteræ. Ratio ex eo pē-  
det: nam cum vir possit ordinem sacrum suscipere, si uxor, cuius  
periculū in continentia non timetur, Deo uotum simplex casti-  
tatis emittat, aut si timetur periculum in continentia, professio-  
nem faciat: id circo si eius maritus ascendat ad ordinem Subdiacono-  
natus, appellatur subdiaconissa, si ad Diaconatū Diaconissa, si ad  
Presbyteratum, Presbyteræ, si ad Episcopatum Episcopa, quod  
probat ex Concilio Turonensi Secundo, sub Ioanne III. cap.  
14. ibi: *Episcopus Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulie-  
rum*, & canone 20. ibi, *si Presbyter inuentus fuerit cum sua presbytera,  
aut Diaconus cum sua diaconissa, aut Subdiaconus cum sua subdi-  
conissa per annum integrum excommunicatus habeatur*. Et ex Concilio An-  
tiodorensi. canone 21. ita Bonacina tomo 1. disp. 8. de sacram.  
ordinis, q. vnica puncto 5. Laymā lib. 5. tract. 9. c. 11. n. 7. Quare  
etenim in d. cap. Diaconissam affirmetur non deberi ord. uari dia-  
conissas ante 40. annos, potest hanc uero ætatē ordinari posse, cum  
uerissimū sit mulieres ordinis sacri receptione incapaces esse, ef-  
fponderi difficile non erit si dicatur diaconissas destinatas fuisse ad  
instruendas mulieres cathecumenas ad administrādū Presbyteris,  
cum eas baptizarent, ad custodiēdū que fores Ecclesiæ, quibus in-  
grederētur mulieres, ad similitudinē ianitoris, & hostiarij, quæ da-  
bātur, ut custodirēt fores Ecclesiæ, quibus uiri impediebātur ingre-  
di, quod constat ex Ignatio epist. 12. ibi: *Saluto custodes sacrorū ve-  
stibulorū diaconissas*, ex Clemen. Rom. lib. 3. constitutionum c. 15.  
ibi: *Nam ad multos usus muliere diaconissa indigemus, ac primum cum  
illuminantur mulieres Episco.* igitur frontes earum oleo sancto, deinde

diaconissa eas abstergit, non est enim necesse mulieres aspici à viris, & lib. 8. cap. 28. ibi: Diaconissa non benedicit, nec facit aliquid eorum, quæ presbyteri, aut Diaconi faciunt, nisi quod ianuas custodit, & presbyteris ministrat, cum mulieres baptizantur, idq; propter decorum, & honestatem, ex Concilio Nycæno cap. 74. ibi: Et huiusmodi diaconissa ad hoc solum parata sunt, ut feminas in baptismo suscipiant. Quod statutum erat, ne cætibus virorum mulieres se immiscerent, argument. text. in cap. 2. de iudicijs in 6. Vnde cum ad hoc ministerium sacrum exercendum diaconissæ indigerent benedictione, vt constat ex Clemente Romano lib. 8. cap. 19. & 20. idè in dicto cap. Diaconissam, asseritur diaconissas non esse ordinandas, id est benedicendas ante ætatem quadraginta annorum: nam verbum *ordinari* de quo ibi, accipitur pro verbo benedici: sic docent Basilius de impediment. matrimonio cap. 10. per totum, Bonacina vbi supra, Valentia disputat. 4. tomo 4. puncto 1. ad finem.

32. Non obstat tertia difficultas ex dicto capit. quoniam 31. dist. deducto ex 6. Synodo canone 13 quæ fuit incepta Constantinopoli anno Domini 680. Agathone Papa, cui Synodo interfuerunt Petrus, & Gregorius Presbyteri, & Ioannes Diaconus, legati eiusdem Agathonis, & Episcopi 289. & Imperator Constantinus cum nonnullis viris illustribus, ad cuius veram interpretationem advertendum est, omnes canones 6. Synodi Trullanos vocatos, quia apud palatium Trullarum regium statuti fuerunt, non habere auctoritatem Ecclesiasticam, cum non fuissent editi à Synodo, quam nullos canones condidisse constat ex Bellarmino lib. 1. de clericis cap. 19. vers. *ad tertium*: sed iam finita, atque dissoluta post annos quinque, quidam Episcopi Græci auctore Imperatore Iustiniano Secundo, in eius palatio, quod Trullum dicebatur, congregati nomine sextæ Synodi canones 102. promulgarunt, quos cum nullus Pontifex approbasset, sed potius Sergius illius temporis Pontifex reprobasset: id circo dicendum est, omnes canones Trullanos falsè sextæ Synodo tributos, nullam vim, atque firmitatem habere, excepto canone 82. de purgendis imaginibus, recepto postea ab Adriano Papa, & septima Synodo, vt patet ex ipsa septima Synodo, act. 1. & 4. & tradunt Bellarminus lib. 1. de Concilijs, cap. 7. & hos ergo, Vazquez de ordine dict. disput. 247 cap. 5. num. 53. Vnde cum textus in dict. cap. quoniam sit deductus

Etus ex Concilio Trullano, respondendum est nullius esse momēti, neque vllum vigorem in se continere, Sotus lib. 7. de iustitia, & iure, quæst. 6. art. 2. conclusione 5. Thomas Sanchez loco citato, Enriquez lib. 10. de sacramento Ordinis cap. 14. §. 8. littera E. Rodericus Acuña in dicto cap. quoniam num. 2. & 4. & in cap. 6. Synodum num. 1. dist. 16. & in cap. Presbytero num. 1. dist. 28. Azor 2. p. institut. moral. lib. 5. cap. 16. §. hinc factum est.

33. Contra quam interpretationem non obstat textus in cap. 6. Synodum 16. dist. vbi videtur Adrianus Pontifex approbasse omnes canones Trullanos in sexta Synodo institutos. Cui difficultati respondendum est dicendo, verba d. c. sextam Synodum non fuisse ab Adriano prolata, sed à Tharasio Patriarcha Constantinopolitano in epistola Synodica missa ad Pontificē Adrianum, qua dicebat se, & omnes assistentes Concilio Trullano velle recipere canones in eo institutos, & hac de causa à Pontifice petebat eorum approbationem, quam non constat Pontificē Adrianum concessisse. Vnde dicendum est Adrianum in dict. cap. sextam Synodum non sua, sed verba Tharasi referre deducta ex epistola ad se missa, ita docent Baronius tomo 2. annaliū anno Christi 102. num. 13. Bellarminus de Concilijs lib. 2. cap. 8. vers. 13. & sequenti Azor institut. moral. tomo 2. lib. 5. cap. 16. vers. 3. obiectes, Rodericus Acuña in dict. cap. sextam Synodum num. 1. Thomas Sanchez supra loco citato.

34. Non refragatur quarta obiectio ex Concilio Ancyrano cap. 10. relato in cap. Diaconi 28. dist. quod Concilium celebratum fuit in civitate Ancyra Provincia Gallaciæ, anno Christi 308. qua difficultate nonnulli interpretes moti, quos sequitur Michael Medina lib. 2. de continentia cap. 4. circa finem inquirunt, textum in dict. cap. Diaconi, esse Concilij Provincialis: ideò que exiguam auctoritatē habere; sed hæc interpretatio expressè convincitur ex cap. quoniam 16. dist. cap. de libellis 20. dist. vbi Concilium Ancyranum generaliter observandum esse, statutum fuit. Sotus de iustitia, & iure lib. 7. quæst. 6. art. 2. pag. 3. Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 19. volumine 3. vers. probatur secundo, putant tempore textus in dict. cap. Diaconi, licuisse Diaconis cum protestatione ordinatis vxores dūcere, cum Episcopi potuissent dispensare in hoc impedimento matrimonij, meritoque asserere Concilium

cillum Ancyranum, protestatione de non observando continen-  
 tiam præcedente ordinem Diaconatus, licere Diaconis matrimo-  
 nium contrahere. Quæ sententia rejicitur ex eo: nam expressè cõ-  
 trarium cõstat ex cap. de illo 32. dist. ybi inquit Nicolaus Primus,  
 non licere Subdiaconis de licentia Episcopi matrimoniũ contra-  
 here: ergo a fortiori non esse permillum Diaconis, dicendum est.  
 Enriquez in summa lib. 10. cap. 14. §. 5. littera D. existimat, textũ  
 in dict. cap. Diaconi esse emendatum per textum in cap. 1. dist.  
 28. quæ interpretatio admitti non debet, cum in iure nostro non  
 sit correctio admittenda, nisi expressim de ea constet. Azor tomo  
 1. institut. moral. lib. 13. cap. 12. vers. vnum potest, asseruit textũ  
 in dict. cap. Diaconi, esse intelligendum de matrimonio cõtracto  
 ante ordinis Diaconatus susceptionem, quo Græcis vti licebat:  
 quæ solutio refellitur ex eo, nam verba illa, ibi: *si postea ad nuptias ve-  
 nerint*, non loquuntur de matrimonio cõtracto, sed de matrimo-  
 nio contrahendo, vt advertit Vazquez de sacramento Ordinis,  
 disputat. 249. cap. 2. num. 16. Sed omisis his, & alijs interpretatio-  
 nibus, satisfaciendum est, negando in dicto cap. Diaconi probari  
 licitum esse Diaconis protestatione præcedente de non observã-  
 do castitatem matrimonium cõtrahere; sed solum asseritur, quòd  
 clerici ad ordinem Diaconatus promoti, cum protestatione ma-  
 trimonium celebrandi, si contrahant defacto, separentur ab vxo-  
 ribus, eo quòd eis prohibitum erat ad matrimonium ascendere, &  
 maneat in ministerio Diaconatus, quia licentia Episcopi matri-  
 monium contraxerũt, quæ à culpa quodammodo, & à pœna sus-  
 pensionis excusat, aliàs etenim si licetia non cõtraxissent, non so-  
 lum ab vxoribus separarentur, sed etiam ab altaris ministerio sus-  
 penderentur, ad quod propter tam grave delictum admitti non  
 poterant. Ita docent Turrecremata, Archidiaconus, Rodericus  
 Acuña in dict. cap. Diaconi, Boverius de republica Ecclesiastica,  
 2. parte lib. 2. cap. 10. vers. à *Subdiaconatu*, Thomas Sanchez loco  
 citato.

35. Contra quam interpretationem obstat, quòd sacer-  
 ordo impedit, & dirimit matrimonium ratione voti: sed votum si-  
 ne voluntate non valet, cap. integritas 32, quæ st. 2. ibi: *nec continen-  
 tia debetur, nisi voluntarie assumpta*, cap. per triennium 31. dist. cap.  
 præsens 20. quæ st. 3. cap. perlatum, & cap. cum dilectus de his,

quæ vi

quæ vi: igitur eo casu, quo quis ad ordinem sacrum ascendit, præcedente protestatione se ad continentiam nolle astringi, poterit matrimonium contrahere. In qua difficultate dissolvenda Dominus in dict. cap. Diaconi ad finem, dist. 28. Tolet. lib. 7. summa cap. 8. num. 3. docent, ideo promotum ad sacrum ordinem, protestatione præcedente, se ad castitatem nolle obligari non posse matrimonium contrahere: quia postea accedendo ad ordines suscipiendos, vouere, & à protestatione recedere, præsumitur. Sed hæc solutio admitti nequit ex eo, nam licet quoad forum externum, hæc præsumptio non admittens probationem in contrarium hoc operari possit, cum tamen in foro interno id non operetur: quia eo attento, cessante veritate, præsumptio non habet locum, prædicta sententia rejicienda est. Archidiacon. in cap. cum in præterito, super verbo *annexi*, num. 2. dist. 84. & ibi Turrecremata ad finem, & in cap. placuit art. 1. num. 6. in solutione ad quintum, dist. 32. Enriquez in dict. cap. rursus, in fine hoc titulo, Bellamera in cap. de illo num. 4. dist. 32. Decius in cap. at si clerici, in principio in nova editione nu. 235. vers. *tertio limitari potest*, de iudicijs, Bonifacius in clementina vnica, num. fin. de consanguinitate, & affinitate, Paludanus in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 2. num. 14. & dist. 38. quæst. 2. art. vnico, num. 12. Stunica de voto, quæst. 4. Gutierrez lib. 2. quæstionum canonicarum, cap. 7. num. 45. Valentia 4. par. tractatu de sacramento ordinis, disputat. 9. quæst. 5. puncto 5. §. 1. paulò post principium, & in suis controversijs, lib. vnico de cælibatu cap. 2. paulò post principium, Scotus in 4. dist. 37. quæst. vnica §. dico igitur, Rebellus 2. p. de obligat. iustitiæ lib. 3. quæst. 12. num. 2. Inquiunt, ordinem sacrum per se respectatum ex Ecclesiæ statuto, atque constitutione, non verò ex voto solemnii castitatis impedire, & dirimere matrimonium: idcòque promotum ad ordinem sacrum, sub conditione, aut intentione non seruandi castitatem, matrimonium contrahere non valere.

36. Quorum sententia rejicitur ex eo: nam ab exordio nascentis Ecclesiæ, ordinati sacris ordinibus Deo votum castitatis emittebant, & hæc de causa matrimonium contrahere prohibebantur, vt constat ex Divi Gregorij epistola 42. lib. 1. quæ refertur in cap. 1. 28. dist. ibi: *Nullum facere Diaconum præsumat Episcopi*

26 *Doct. Petri Bajo Arroyo relect.*

cap. nisi qui se viturum esse promissit, dict. cap. Diaconi ibi: *Quicūq; sane sacuerunt, & suscepimus manus impositionem, professi continentiam,* dict. cap. quando Presbyteri, dict. cap. de ijs, cap. assumi eadem causa, & quæst. Vnde cum huic voto simplici castitatis, quod tantum impediebat matrimonium, addita esset solemnitas, qua solemnitas effectum fuit, dicto cap. vnico de voto, dict. Extravag. antiquæ Ioannis XXII. eodem titulo, dicendum est, ordinem sacrum non ex constitutione Ecclesiastica immediate, sed ex voto castitatis impedire, atque dirimere matrimonium. Cui subueniunt D. Thomas in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 1. & ibi Ricardus art. 1. quæst. 1. Caietanus in opuscul. tomo 1. tract. 27. de dispensatione matrimonij in occidentali Ecclesia, quæst. vnica, §. quoad secundum, Francus in dict. cap. vnico de voto in sexto, num. 1. notab. 4. Hostiensis in cap. cum olim num. 2. de clericis coniugatis, & ibi Antonium num. 8. Abbas num. 4. Clichtoveus de vita, & moribus Sacerdotum cap. 21. paulo post principium, Castro lib. 13. aduersus hæreses, verbo *Sacerdotium*, hæresi 4. Metina lib. 5. de sacrorum hominum continentia cap. 2. Bellarmin. in suis controversijs lib. 1. de matrimonio cap. 21. paulo post principium, §. impedimenta, & lib. 1. de clericis cap. 18. paulo post principium, §. & beatus, Enriquez lib. 10. de sacramento ordinis, cap. 14. num. 7. in fine, & lib. 12. de matrimonio, cap. 5. num. 9. Azor dicto tomo 1. institut. moral. lib. 13. cap. 12. quæst. 6. & cap. 14. quæst. 10. Emmanuel Sà in summa verbo *Ordo*, num. 18. Vañez secunda secundæ, quæst. 12. art. 1. pag 672. §. 2. conclus. Philiaricus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. cap. 9. statim in principio, Aragon secunda secundæ, quæst. 88. art. 11. columna 2. §. his constitutis, & columna 4. in fine, Vega 2. tomo summæ cap. 57. casu 7. & 11. Barthol. à Ledesma de sacramento ordinis, dubio 14. columna penult. vers. 7. Ludovicus Lopez 2. p. instructorij de matrimonio cap. 49. columna 5. versicul. *ad verbum*. Emmanel Rodriguez 2. tomo summæ, secunda editio ne cap. 98. num. 4. conclus. 4. Angles Floribus 1. p. vbi de matrimonio quæst. 11. de impedimento ordinis, art. 1. difficultate 4. Sylvester verbo *matrimon.* 8. quæst. 12. dist. 2. Layman lib. 5. tract. 9. capit. 11. de sacramento ordinis numero 2. Bonacina 2. tomo disputat. 4. circa secundum decalogi præceptum, quæst. 2. puncto

*Adtex. inc. 2: Qui Cleric. vel vouent. 27*

Ro. 1. num. 8. Thom. Sanchez dict. lib. 7. de matrimo. disp. 27. ex num. 10. Bail. lib. 7. de matrimonio cap. 27. num. 7.

37. Sed reiectis dictis, & alijs interpretationibus, ad prædictæ difficultatis explanationem in discrimen est constituendum inter eum casum, quo quis in ordinis sacri susceptione votum castitatis voluntariè Deo emisit, & inter eum, quo non emisit, aut si emisit, voluntariè. Se obligandi non habuit: primo casu ordo sacer immediate ex vi voti, & mediata ex constitutione Ecclesiastica matrimonium contrahendum prohibet. Ratio est: nam Ecclesia non intendit clericos directè ad castitatem obligare, sed solum ad castitatis votum emittendum, & hac de causa, qui in ordinis sacri susceptione expressè, aut tacitè votum castitatis emittit, ex solo voto ad eam observandam tenetur. Secundo scilicet casu ex constitutione tantum Ecclesiastica impeditur ordinatus matrimonium contrahere: nam cum in facultate ordinati relinqueretur fingere votum, & ad eius observantiam vouentem sine consensu se obligandi Ecclesia compellere non posset, cum lex privata sit, quam sibi quisque voluntariè imponit, ne ordinatus, qui voluntatem vouendi non habuit, in foro conscientiae liber ab observantia continentiae ordini annexae esset immunis, instar ficti professi eum sua speciali lege ad continentiam astringit. Quod rectè lex facere potuit: nam sicut in rei suae traditione quilibet legem apponere valet, leg. in traditionibus, ff. de pactis, eodem modo ordinandis Pontifex potuit conditionem apponere, vt si ordines sacros suscipere velint, continentiam observare astringantur, ita Thomas Sanchez dicta disputat. 27. num. 14. & Bonacina vbi supra. Vnde cum in dicto cap. Diaconi, Ancyra Synodus tractet de eo, qui in ordinis susceptione protestatus est, se continentiam non esse observaturum, non impeditur matrimonium contrahere ex vi voti ordini sacro annexi, quod lex positiva ante ordines suscipiendos ordinatis emittere præcipit; sed ex constitutione Ecclesiastica, quae statutum habet, vt is, qui ad ordines accedit sine intentione expressa, aut tacita, votum castitatis observandi, astrictus sit continentiam custodire, & ideo matrimonium contrahere non valeat.

38. Ex qua doctrina deducitur sacris ordinibus initia-

D a

sum

tum non teneri duplici obligatione ad castitatis observantiam, hoc est, ratione voti, & ratione præcepti Ecclesiastici: ideoque si continentiam frangat, non duplici malitia inficietur, sed vna tantum: nam si initiatus in sacri ordinis susceptione animum custodiendi castitatem habuit, eam postea frangendo, solum peccat contra fidem Deo præstitam, cum Ecclesia solum voluerit eum directè ad votum emittendum astringere, & eo astrictum noluerit amplius ligare: Si verò in suscipiendo sacro ordine intentio observandi castitatem ordinato non fuit, veniens postea contra continentiam, facit solum contra præceptum Ecclesiasticum, & idcirco vna malitia inficitur, ita Thomas Sanchez dict. disputat. 27. num. 10. & 30.

39. Præterea deducitur, ordinem sacrum per metum cadentem inconstantem virum assumptum non obligare ad castitatem, ac proinde matrimonium postea initum non dirimere. Cui sententiæ patrocinium præstat, Imola in cap. Ioannes num. 21. de clericis conjugatis, Cardinalis in cap. maiores, §. item quæritur, de baptismo, n. 1. q. 1. Rota in novissimis p. 1. decisiones 61. n. 1. in fine, ubi concludit stylum Curie hanc sententiã approbare, Rosela verbo *Ordo* 3. num. 6. Angelus eodem verbo 3. num. fin. Thomas Sanchez dict. lib. 7. de matrimonio, disputat. 29. num. 5. Navar. in summa Latina cap. 22. num. 52. & lib. 1. consil. titul. de his quæ vi in priori editione consil. 4. num. 3. Gregor. Lopez in leg. 32. verbo *que le tomará*, titulo 6. partita 1. Azor dict. tomo 1. inst. moral. lib. 13. cap. ult. quæst. 8. Enriquez lib. 10. de sacramento ordinis, cap. 14. n. 3. Emmanuel Rodrig. 1. tomo summa 2. edit. cap. 224. num. 5. Fillucius tractatu 9. cap. 4. num. 74. & tract. 10. p. 2. cap. 4. quæst. 3. num. 124. Coninch de sacramento ordinis, disput. 20. dub. 11. num. 145. Gatierez de matrimonio, cap. 94. num. 14 & 16. Bonacina 1. tomo quæst. 3. de impedimentis matrimonij, puncto 9. num. 11. & tomo 2. disput. 4. circa secundum decalogi præceptum, quæst. 2. puncto 3. §. 1. num. 9. Calus sententiæ ratio in eo consistit: nam si ordo sacer metu assumptus, impediret, & dirimeret matrimonium, provehiret hæc prohibitio ex constitutione Ecclesiastica, aut ex voto in ordinis susceptione emisso, sed ex neutra parte venit, tum quia ex constitutione Ecclesiastica solum

solum sacris ordinibus initiatis prohibetur matrimonium contra-  
here eo casu, quoad suscipiendos ordines accellerunt animo non  
se obligandi ad castitatem, tum quia votum metu gestum est nul-  
lum, atque irritum, dict. cap. perlatum, dict. cap. cum dilectus de  
his, quæ viiigitur aperte constat ordinem sacrum metu acceptum  
non impedire matrimonium contrahendum.

40. Denique inferitur sacrum ordinem ante rationis usum  
receptum ad continentiam non obligare, ideò que matrimonium  
contrahendum non impedire, neque contractum irritare. Ratio  
est: nam neq; constitutio Ecclesiastica, neque votum, quod sine cõ-  
sensu non obligat, hoc impedit, sic docent Sylvester verbo *ma-*  
*rimonium* 8. quæst. 12. dicto 2. Navarrus lib. 1. consiliorum tit.  
de his quæ vii, in priori editione, consilio 2. num. 4. Paludanus in  
4. dist. 25. quæst. 3. art. 1. num. 10. Ricardus in 4. dist. 37. artic. 1.  
quæst. 1. Maior in 4. dist. 24. quæst. 2. argument. 5. Sotus in 4. dist.  
25. quæst. 1. art. 2. circa solutionem ad secundum, post 3. conclus.  
verf. *quod seroges*, Enriquez lib. 10. de sacramento ordinis, cap. 14.  
num. 3. & lib. 12. de matrimonio cap. 5. num. 9. in commento li-  
tera Q. Barthol. à Ledesma de sacramento ordinis, dub. 14. colum.  
2. Azor dict. lib. 13. institut. moral. cap. 24. quæst. 9. Thom. San-  
chez loco citato, disput. 30. num. 3. Vega 2. tomo summæ cap. 57.  
casu 7. Emmanuel Rodriguez 2. tomo summæ in 2. editione cap.  
96. num. 4. conclus. 4. Bonacina tomo 1. dict. quæst. 3. de impedi-  
mentis matrimoij, quæst. 3. puncto 9. num. 14. Rebellus 2. parte  
lib. 3. quæst. 12. num. 9. Fillucius num. 128. Quæ sententia limi-  
tatur eo casu, quo postquam pervenit ad usum rationis ordinatus  
in infantia, ratificavit votum expressè, aut tacitè in ordine susce-  
pto sponte ministrans. Tunc enim cum non ex vi ordinis in in-  
fantia assumpti teneatur initiatus, sed ex vi ratificationis, qua vo-  
tum libere emittit, ideò matrimonium ab eo postea celebratum  
est nullum. Sic docent Hostiensis in d. cap. maiores, §. ult. num. 38.  
super verbo *conditionaliter*, de baptismo, & ibi Ant. num. 8. Ioan.  
Andreas in fine, Thomas Sanchez dict. disputat. 30. num. 4. Bo-  
nacina loco citato num. 151.

41. Ex qua doctrina infero interpretationem ad textum  
in cap. monachum de d. eto ex Concilio Toletano Quarto, capite  
48. cap. addidistis transcrip., ex Concilio Vormaciensi, capite

22. celebrato sub Adriano Secundo, anno Christi 868. cap. quem primogenitores, ex Concilio Triburienſi translato, cap. quicumque, 20. quaest. 1. cap. 1. 20. quaest. 2. deducto ex Concilio Toletano Decimo, cap. 6. cap. cum virum de regularibus, ex quibus iuribus probatur, filios in infantie etate à parentibus religioni oblatos non posse ex ea exire, postquam ad annos pubertatis perveniant; quæ procedunt, quando filius iam pubes factus ratam habuit oblationem à patre factam, quo casu efficitur monachus non vi voti à patre emissi, sed vi suæ ratificationis, ex cuius tempore incipit valere professio; quæ solutio colligitur ex cap. cum simus 14. de regularibus, cap. illud autem 10. 20. quaest. 1. ita glos. in dicto cap. addidistis, Suarez tomo 3. de religione lib. 5. cap. 1. num. 13. & lib. 6. cap. 3. num. 13. Thomas Sanchez lib. 4. summa cap. 18. Lessius de iustitia & iure, lib. 2. cap. 40. dubio 10. numero 65. Contra quam solutionem videntur obstare verba dicti Concilij Toletani Quarti, cap. 48. relata in dict. cap. monachum 20. quaest. 1. ex quibus non constat, filium post pubertatem oblationi de se à patre factæ consensisse. Cui difficultati satisfaciendum est dicendo verba dicti Concilij Toletani sub-intelligenda esse, atq; supplenda ex Marcelli Papæ decreto relato in dict. cap. illud 20. quaest. 1. cum dictum Concilium post tempora Marcelli congregatum fuisset, ita glos. ibi & in cap. cum virum de regularibus, Suarez dict. tomo 3. lib. 6. cap. 3. num. 13.

42. Deinde deducitur interpretatio ad text. in cap. 1. de desponsat. impuberum, cap. 2. 3. 1. quaest. 2. vbi probatur, filiū puberem factum omninò ad implere teneri matrimonium, eius nomine tempore impubertatis, & ante usum rationis à patre contractum: in cuius explanatione cōmuniter responderi solet, illa verba: *postquam filius pervenerit ad perfectam etatem, omninò debet hoc adimplere*, Non importare necessitatem, & præceptum; sed solū honestatem, & hac de causa de honestate solum filium factum puberem matrimonium, eius nomine à patre contractum tempore impubertatis adimplere teneri, quam solutionem tradunt glossa in dict. cap. 1. verbo *debet*, & ibi Hostiens. in fine, Abbas n. 7. Ant. num. 4. Ioan. Andreas n. 8. Anchar. n. 4. Cardinal. n. 1. Præpositus num. 4. Alexand. de Nevo n. 13. Enric. n. 4. Sylvester verbo *præceptum*, q. 2. Tiraquel. in leg. si vnquam, verbo *revertatur*, num. 82.

Tabiena verbo *lex*, quæst. 28. num. 29. Sarmiento lib. 1. de selectarum, cap. 11. num. 8. Angelus verbo *lex*, num. 3. Thomas Sanchez lib. 4. de matrimonio disp. 23. num. 2. Enriquez lib. 1. de matrimonio cap. 13. num. 3. Sotus in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 2. ad primum, Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 43. art. 2. ad finem, Emmanuel Rodriguez 1. tomo summæ in 2. editione cap. 231. num. 6. Ludovicus Lopez 1. p. instruct. cap. 54. §. sed advertito. Sed hæc interpretatio convincitur ex eo: nam illa verba, *omnino debet hoc adimplere*, potius significant necessitatem, atque præceptum, cum verbum *omnino* omnem obligationem includat. Unde omiſſa hac sententia (& alia Navarri in summa cap. 14. num. 15. asserentis ratione obedientiæ teneri filium hoc matrimoniû adimplere, cuius sententia admitti nequit ex eo: quia filius in eis, quæ non pertinent ad domesticam gubernationem, veluti matrimonium, parentibus obedire non tenetur, excepto eo casu, quo multum intersit parentum; vt matrimonium ab eis nomine filij tempore impubertatis contractum adimpleatur; sicuti si esset medium ad graves inimicitias componendas: tunc enim filius sub culpa lethali parentum voluntati obedire tenetur, Philiarehus de officio Sacerdotis tomo 1. p. 2. lib. 4. cap. 21. Angles Floribas 1. p. de matrimonio, quæst. 3. de consensu coacto art. 2. difficultate 1. folio 549. Bellarmin. lib. 1. de matrimonio cap. 59. propositione 3. in fine, Thomas Sanchez loco citato num. 4.) Dicendum est, prædicta iura procedere quando filius post pubertatem à matrimonio à patre nomine eius tempore impubertatis contracto, statim non reclamavit, quo casu, cum filius videatur ratum habere matrimonium; ideo assertitur, filium omnino tale matrimoniû adimplere astrictum esse, Layman lib. 5. tractatu 10. parte 1. cap. 2. num. 12.

43. Non obstat quinta difficultas ex auctoritate D. Augustini relata in dict. cap. ultimo 35. quæst. 1. nam respõdendum est continentiam clericis fuisse impositam sub consilio ante quã præceptum Ecclesiæis imposuisset de ea observanda: ideoque à Divo Augustino dicitur continentiam à clericis observari deberi de consilio, ante quam præceptum Ecclesiasticum intervenisset, sic Thomas Sanchez supra loco citato num. 7.

44. Non obstat sextum, & ultimum argumentum ex Cõsilio

cilio Gangrensi canone 4. relato in cap. si quis discernit 28. dist. quod fuit celebratum in Gangri oppido Paphlagoniæ, anno Domini 350. Cui difficultati respondendum est, procedere in Græcis conjugatis, quibus non est prohibitum ad ordines promoveri, & ad altaris ministerium accedere, & de eo oblationes percipere. Vnde cum Eustachius Episcopus Sebastinensis doceret in Armenia aliquos errores, inter quos affirmabat, nullum conjugatum posse apud Deum spem habere, ex quo fuit sequutum, vt multæ mulieres reliquissent proprios viros, & viri reliquissent proprias uxores, & hac ratione multi nolissent missam Sacerdotis conjugati audire: ideo Concilium Gangrense ad condemnationem huius erroris statuit, anathematizandum esse affirmantem, clericum ante ordinis susceptionem conjugatum non posse celebrare, neque oblationes percipere, cum hoc clericis Græcis permissum sit. Vazquez vbi supra disputatione 247. cap. 5. num. 50. & 51. Rodericus Acuña in dict. cap. si quis discernit num. 1. Quibus finem huic prælectioni imponere decrevi, vt inam sit ad laudem omnipotentis Dei Patris, Filij, & Spiritus Sancti, nec non intemeratæ Virginis Mariæ, absque labe peccati originalis conceptæ, & omnium Sanctorum, Matrisque nostræ Ecclesiæ Romanæ, sub cuius censura omnia dicta submitto.





DOCTORIS  
PETRI B A I O

ARROYO, VTRIVSQUE  
IVRIS PVBLICI PRO-  
FESSORIS, RELECTIO.

*AD TEXTVM IN CAP. S I V I R  
de cognat. spirit. cap. 2. de const. cap. 2. eod. tit. in  
6. cap. extenore qui filij sint legitimi, cap. fin. qui  
matrimonium accusare possunt, cap. Apostolica  
de clerico excommunicato minist. cap. si  
vero 4. de sent. excommun.*



**I**N his libris, atque decretis, Pontifices  
de ignorantia iuris, & facti loquuntur,  
quæ materia lata, & difficilis est, in cu-  
ius explicatione aliqui ex interpreti-  
bus docent; ignorantia solum facti, non  
verò iuris exculare; alteri vtramque ig-  
norantiam, siue in iure, siue in facto ver-  
setur, à culpa, & pœna liberare tenente  
ego verò sententiam eorum, qui igno-  
rantiam iuris, & facti exculare docent, veriores esse existimo.

E

Proba-

Probatur ex cap. 2. de constitut. & ex dict. cap. 2. eodem titulo in  
 sexto, ibi: *Vi animarum periculis obuietur, sententijs per statuta quorum  
 omneque ordinariorum prelati ligari nolumus ignorantes*, cap. proposuit  
 § 2. dist. leg. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, vbi aperte cau-  
 tum est, facientem ignoranter contra decretum, seu statutum mu-  
 nicipale, pœnis in eo positis non teneri, leg. illud §. fin. leg. eum  
 qui nocentem. §. si iniuria, vers. *at cum aliquis*, leg. si cum seruo, ff.  
 de iniurijs, leg. tutor 16. §. contrariam, ff. de pignoratitia actione,  
 leg. 3. §. si quis ignorans, ff. ad Senatus Consultum Syllanianum,  
 leg. vulgaris 31. §. sed & si 3. ff. de furtis, leg. 1. §. si quis ideo, ff. ne  
 vis fiat ei, leg. si adulterium 38. §. incestum, ff. ad legem Iuliam, de  
 adulterijs, leg. plagij 14. C. ad legem Fabiam de plagiarijs, §. ita  
 tamen iust. de vi bonorum rapt. illustrant, atque suis comment.  
 lato calamo confirmant, atque tuerentur nostram doctrinam Inno-  
 centius, in cap. 1. num. 3. de excess. prælat. Cardinal. in Clement.  
 fin. de pœnis, §. quod si, quæst. 2. Armilla verbo *Suspensio* num. 17.  
 & verbo *Interdictum*, num. 18. Hostiensis in cap. à nobis el prime-  
 ro de sentent. excommunicat. vers. *Ad quod dicimus*, vbi Abbas  
 num. 9. Felinus num. 5. Glossa in cap. 2. verbo *Culpa*, de constitut.  
 vbi Innocentius num. 1. Hostiensis in fine, Abbas num. 7. Baldus  
 num. 1. Ancharranus num. 5. Decius num. 22. Arétin. num. 3.  
 Alexander de Nevo num. 28. Veronius num. 44. Sylvester verbo  
*Excommunicatio* 2. notabili 3. §. 6. & verbo *Ignorantia*, quæst. 8. So-  
 tus in 4. sentent. dist. 22. quæst. 1. art. 2. in fine 4. conclus. Ioannes  
 Andreas in dict. cap. 2. de constitut. in sexto, num. 1. & ibidem Do-  
 minicus num. 25. Castro lib. 2. de lege pœnali cap. 14. §. si cui di-  
 ctum est, Navar in summa Latina cap. 23. num. 47. vers. *Ad hoc*,  
 & in summa Hispana cap. 23. num. 45. & in vtraque summa cap.  
 27. num. 16. Enriquez lib. 13. de excommunicatione cap. 23. n.  
 2. Bartholomeus à Ledesma de excommunicatione dub. 5. pag.  
 996. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 55. art. 6. dub. 5.  
 Avila de censuris 2. p. cap. 5. disput. 5. dub. 7. vers. *tertia sententia*,  
 Thomas Sanchez lib. 9. de matrimonio disput. 32. num. 9. Meno-  
 chus de arbitrarijs lib. 2. centuria 2. casu 185. num. 2. & consilio  
 § 10. num. 5. volumine 6. Suarez 5. tomo in 3. p. disputat. 5. sect. 8.  
 num. 2. Azor lib. 1. institut. moral. cap. 15. quæst. 3. Covar. in cap.  
 alia mater 1. p. §. 10. num. 8. & 9. Bernardus Diez in sua practica  
 in no-

in nova editione cap. 130. num. 1. Emmanuel Rodriguez 2. tomo summae cap. 67. num. 1. Philiarcus de officio Sacerdotis tomo 1. p. 1. lib. 4. cap. 1. Ludovicus Lopez 2. p. instruct. cap. 21. de interdicitis, Vivaldus candelabro sacrament. 2. p. vbi de suspensione n. 179. Farinacius 4. tomo criminalium, quaest. 149. num. 171. Acosta in tract. de iuris & facti ignorantia inspect. 85. Conich de poenitentia disp. 8. dab. 17. num. 135. pagina mihi 490. Reginald. lib. 11. num. 23. Corduba lib. 2. quaest. 4. Salas de legibus disputat. 5. sect. 6. num. 28. & disput. 15. sect. 9. Valentia 1. 2. disput. 6. quaest. 6. puncto 1. Vazquez 1. 2. disput. 22. cap. 2. Filliucius tractatu. 21. cap. 11. quaest. 5. num. 405. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 20. num. 1. Bonacina tomo 2. disput. 2. de peccatis, quaest. 8. puncto 3. num. 12. Fagundes lib. 4. tertij Ecclesiae praeccepti cap. 2. num. 12. Vgolinus de censuris tabula 1. cap. 9. 8. Trentacinquus 1. tomo tit. de legibus resolutione 2. Donellus lib. 1. commentariorum cap. 28. vsque ad 23. Amaya lib. 1. observat. cap. 2. & 3.

2. Verum licet tot iuribus, & auctoritatibus huiusmodi doctrina sit suffulta, insignes tamen, & graves difficultates patitur: prima enim oritur ex eo: nam ignorantia iuris non excusat, regula ignorantia de regul. iuris in 6. ibi: *Ignorantia facti, non iuris excusat, leg. 1. & per totum, ff. & C. de iuris, & facti ignorantia: igitur nostra assertio defendi non valet.*

3. Secunda nascitur ex leg. 1. ff. de legibus, vbi cum Papinianus definitionem legis proponeret, inter reliqua, quae eiusdem naturam complent, ait, *Lex est commune praecceptum, virorum prudentium consultum, delictorum, quae sponte, vel ignorantia contrahuntur coercitio.* Ex quibus verbis aperte constat, delicta commissa per ignorantiam iuris esse punienda: igitur ignorantia iuris non excusat.

4. Tertia deducitur ex cap. cum illorum de sententia excommunicationis, vbi habetur posse dispensari cum percussoribus clericorum iuris ignaris: igitur ignorantia non liberat ab excommunicatione à iure imposita.

5. Quarta, ex leg. 2. ff. de termino moto, vbi inquit Callistratus, quod si quis intendens lapidem tantum furari, & per ignorantiam facti finales lapides abstulerit, hoc in casu non solum potest accusari actione furti, sed etiam actione termini moti: igitur

eur ignorantia facti non liberat à pœna delinquentem.

6. Quinta, nam ille, qui tantum intendit comburere domum, ignorans ex suo facto posse sequi aliarum domuum combustionem, si alie comburantur, non solum tenetur de combustionem domus, quam intendit comburere, sed etiam de aliarum combustionem, l. i. §. si incendio, ff. de incendio, & ruina; sed ista ignorantia consistit in facto: igitur ignorantia facti non præstat excusationem.

7. Sexta, & ultima oritur ex eo, nam ille, qui solum habuit animum occidendi Sempronium, & occidit Titium, intelligens Sempronium occidere, habet circa occisionem ignorantiam facti; sed hic non excusatur d. l. eum qui nocentem, §. si iniuria, ff. de iniurijs: igitur per ignorantiam facti non relevatur quis à pœna.

8. Quibus difficultatibus, & dubitandi rationibus, alijsque consultò omisis, non refragantibus, asserendum est, ignorantiam tam iuris, quam facti, à culpa, & pœna liberare. Ad cuius veram explanationem præmittendum est, ignorantiam duplicem esse, alteram facti, aliam vero iuris: ignorantia facti appellatur illa, quæ in solo facto consistit veluti, si quis virgines non matronali habitu, sed meretricia veste indutas, ignorans eas virgines esse, appellaverit meretrices, vel earum pudicitiam attentaverit, aut si quis manus violentas intulerit in clericum laicorum veste indutum, ignorans ordinibus initiatum esse, de quibus casibus loquuntur lura relata, in leg. item apud labeonem 15. §. si quis virgines, ff. de iniurijs, d. l. cap. si verò de sententia excommunicat. Ignorantia autem iuris nuncupatur ea, quam habet quis circa id, quod lex constituit, aut circa id, quod mandavit Princeps fieri. Ignorantia iuris, & facti sub dividitur in probabilē, seu in invincibilem, & inculpabilem, aut in vincibilem, quæ culpabilis vocatur, vincibilis est illa, quæ potuit vinci ob præcedentem aliquam de ipsa, & obligatione sciendi cogitationem. Invincibilis appellatur, quæ vinci non potuit, veluti quando de lege nunquam quis cogitavit, aut si de ea dubitavit, facta debita diligentia in eius noticiam non per venit.

9. Rursus est notandum ignorantiam vincibilem iuris, aut facti in affectatam, crassam, & supinam dividit. Ignorantia affectata, dicitur, cum quis ea, quæ scire potuit, & debuit, voluit ignorare, ut liberior sibi, esset peccandi facultas, quæ nunquam excusat à pœna delictorum, iuxta illud Ps. 135. *Nollis intus esse,*

et bene ageret, cap. penult. 37. distinct. de qua ignorantia intelligi-  
 di sunt textus in cap. eos de temporibus ordin. in 6. cap. cum inhibi-  
 bitio. 2. 1. de clandestina desponsat. & epist. 1. Divi Pauli ad Co-  
 rinth. cap. 14. ibi: *Qui ignorat, ignorabitur*; quam sic exponit Gracia-  
 nus post cap. idem 37. dist. Ratio est: nam ignorantia affectata sciē-  
 tiæ exequatur cum dolum præsupponat, aut latam culpam, quæ  
 dolo æquiparatur, dict. cap. cum inhibitio. §. 1. dict. cap. eos, ita  
 docent Caietan. in summa verbo *Ignorantia*; Tiraquel. de peccatis  
 temp. cap. 13. à num. 23. Marius Alterius lib. 3. de censuris disp.  
 2. cap. 3. Ignorantia autem crassa, quam iurisperiti supinam ap-  
 pellant, leg. nec supina ff. de iuris & facti ignorantia, & Theologi  
 vincibilem, nuncupatur, atque contingit eo casu, quo quis igno-  
 rat id, quod debuit, & poterat scire, si mediocrem diligentiam ad-  
 hibuisset, leg. regula 9. §. sed facti, ff. de iuris & facti ignorantia,  
 glol. in dict. cap. 2. vers. *Supina*, de constitut. in 6. & ibi Ancharran.  
 num. 3. Francus num. 9. Sotus in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 2. Sánchez  
 de matrimonio d. lib. 9. disp. 32. quæst. 6. num. 32. Et idem is, qui  
 propter summam negligentiam ignorat ea, quæ scire potuit, & de-  
 buit, à peccati culpa minimè immunis erit, vt latè probat Suarez  
 de censuris, disputat. 4. sectione 10. num. 10. cum sequentibus: nã  
 cum ignorantia ex soluta negligentia procedat, saltim indirectè  
 voluntaria est, & consequenter peccatum inducit, cap. 1. 15. q. 1.  
 & inde excusationem non præstat, §. præterea versiculo imperi-  
 tia, instituta de lege Aquilia, leg. cum sex 55. ff. de ædilitio edicto,  
 leg. culpa, ff. de regulis iuris, leg. latæ culpæ, ff. de verborum signi-  
 ficatione. Pro qua sententia facit textus in dict. cap. Apostolicæ,  
 de clerico excommunicato ministrante, vbi tantum ignorantia  
 probabilis excusat, non verò crassa, & supina. Deindè probatur  
 ex dict. cap. 2. de constitut. in 6. & ex dict. cap. si verò 4. de sen-  
 tentia excommunicationis.

10. Quæ sententia limitatur, quando leg. aliqua punitur  
 is, qui scienter consilio, aut temerè deliquerit, quo casu excusa-  
 bitur à poena, & si per ignorantiam crassam, aut supinam delictum  
 commiserit, cum hoc verbum *Scienter*, semper à lege addatur, vt  
 excludatur omnis ignorantia, vt docent Bartolus in leg. si adul-  
 terium nom. 11. ff. ad leg. Iuliam de adulterijs, Imola in clementi-  
 naria num. 4. de consanguinit. & affinitat. & ibi Bonifacius

num. 15. Gregor. Lopez in leg. fin. verbo *Asabiendas*, titulo 18. par-  
 titi 7. Ratio est: nam verbum scienter dolum importat, vt testan-  
 tur Dominicus in cap. is qui, 9. is verò num. 1. de sententia excō-  
 municationis in 6. Thomas Sanchez loco citato, disput. 32. num.  
 36. Ad quem committendum cum lata culpa, neque dissoluta ne-  
 gligētia sufficiat, leg. si quis vers. *doli mali*, ff. de iurisdictione om-  
 nium iud. leg. sed et si lege § scire, ff. de petitione hæreditatis, ibi:  
*Non puto esse prædonem, qui dolo caret, quamvis in iure erravit*, leg. igi-  
 tur 12. §. & generaliter, ff. de liberali causa; glos. in leg. in actioni-  
 bus, verbo *non etiam*, ff. de in litem iurando; Valdus in leg. si plagij  
 la segunda, C. ad leg. Fabiam de plagiarijs, hac de causa dicendū  
 est, ignorantiam crassam, aut supinam excusare à pœna, quando  
 lex utitur verbo *Scienter*. Quam sententiam tuētur Navar. in sum-  
 ma Latina, in nova editione, cap. 27. num. 141. declaratione 4. Syl-  
 vester verbo *Ignorantia*, quæst. 8. d. 4. Ludovicus Lopez 2. p. ins-  
 tructorij cap. 13. de excommunicat. §. sed iam ad secundum pun-  
 ctum, fol. 887. Petrus de Ledesma in summa sacram. cap. 3. de ex-  
 communicat. dub. vlt. dict. 3. Covar. in 4. decretal. 2. p. cap. 6. §. 8.  
 num. 21. & in cap. alma mater. 1. p. §. 10. num. 17. vers. *Eadem sanè*  
*ratione*, Enriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 23. num. 3.

11. Ex qua doctrina infero interpretationem ad textum  
 in cap. à nobis 2. de exceptionibus, vbi probatur non aliter com-  
 municantem cum excommunicato ligari excommunicatione,  
 quam si scienter communicet: & ideò cum Pontifex utatur illo  
 verbo *Scienter*, quòd dolum præsupponit, excusabitur communi-  
 cans ignorantia crassa, aut supina: ita docent Suarez vbi supra, d.  
 disput. 4. sect. 8. & disput. 15. sect. 9. Marius Alterius lib. 2. de cē-  
 suris disput. 15. cap. 4. & lib. 3. disput. 2. cap. 3. Vgolinus de excō-  
 municatione tabula 2. cap. 23. §. 1. Gabriel lib. 6. commun. opinio.  
 titulo de regulis iuris conclus. 6. à num. 1. Covar. in dict. cap. alma  
 mater 1. p. 4. à num. 7.

12. Contra quam interpretationem obstat text. in cap. si  
 quis Episcopus 11. quæst. 3. vbi dicitur, communicantes cum ex-  
 communicatis ab Ecclesia eijciendos esse, maxime si postquam  
 noverint adversus eos prolata fuisse sententiam, cum eis com-  
 municaverint. Ex qua decisione significatur, etiam eos, qui igno-  
 ranter communicaverint cum exco. municatis, ab Ecclesia eije-  
 cien-

ciendos esse. Cui difficultati, reiecta interpretatione gloſ. ibidem verbo *Maximè* (quam post alios sequitur Turrecremata in fine) existimantis dictionem *Maximè*, ibi, *pro tantum usurpàri*, vt in cap. illud 12. dist. satisfaciendum est, asserendo, textum in dist. cap. si quis Episcopus constitutum fuisse multis retro sæculis ante Gregorium Septimum, vt ex epigraphi apparet, quo tempore communicatio cum excommunicatis absolutè prohibita erat, & hac de causa loquens cum excommunicato ignorantia crassa, aut supina excommunicatione ligabatur, atque ita dicendum est, dictionem illam *Maximè* significare casum, quo per ignorantiam crassam, aut supinam quis cum excommunicato communicaret: at verò cum Gregorius Septimus in cap. quoniam multos 11. q. 3. eos dumtaxat voluisset sententia excommunicationis comprehendere, qui scienter cum excommunicato in contemptum censure communionem haberent, in quo ius novum statuit, vt constat ex illis verbis: *Apostolica auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus*, quibus ostenditur, communicantes etiam per ignorantiam crassam in excommunicationem non incidere: nam alias si iusta, & invincibilis ignorantia ad excusationem fuisset necessaria, ex vi illius constitutionis Gregorij Septimi nihil esset concessum: quia semper hæc ignorantia invincibilis excusavit, cum involuntarium constituat, & excludat ab actu malitiam operis, à qua culpa procedit, vt tradunt Aristotel. lib. 3. Ethicor. cap. 1. D. Thomas prima secundæ, quæst. 76. art. 2. id circo Innocentius Tertius eius vestigia sequens constituit, loquentem cum excommunicato non ligari excommunicatione, nisi scienter communicasset, id est si ignorantiam affectatam non habuisset.

13. Præterea deduco interpretationem ad textum in clementina vnica de consanguinitate, & affinitate, vbi probatur, contrahentem matrimonium scienter in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, in excommunicationem incidere: quod intelligendum est, si non ignorantia crassa, aut supina contractum fuisset tale matrimonium; nam cum ista poena statuta sit versus scienter contrahentes, quæ dolum præsupponit, nisi sine exte adenda est ad ignorantes crasse, aut supinè: ita Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio disput. 48. num. 19. & araz dist. disputat. 4. sect. 10. num. 1. Emmanuel Sà in summa

verbo *excommunicatio*, vbi de excommunicationibus nulli refer-  
vatis, num. 10. Petrus de Ledefina de matrimonio, quæst. 55. art.  
9. dub. 1. Navar. in summa Latina cap. 27. num. 141. Si tamen ig-  
norantia affectata quis incestas nuptias contraxisset, non excu-  
saretur ab excommunicatione. Ratio est: nam hæc ignorantia do-  
lum, atque scientiam præsupponit.

14. Rursus infero intellectum ad textum, in cap. 1. de eo  
qui cognovit consang. vxoris, vbi asseritur, non aliter à petitione  
debiti cum privari, qui copulam cum consanguinea vxoris ha-  
bit, nisi scienter consanguineam vxoris, esse cognovisset. Vnde  
dicendum est, ignorantiam affectatam necessariam esse, vt hoc in  
casu à debiti petitione coniux privari possit, crellam, aut supinã  
non sufficere, cum in dict. cap. 1. Pontifex verbo *Scienter* vtatur,  
ita Thomas Sanchez dict. lib. 9. disp. 32. num. 47.

15. Cum invincibilem ignorantiam dicatur habere, qui  
ignorat id, quod non tenetur scire, vel quanvis teneatur, adhibuit  
tamen debitam diligentiam, quam adhibere solent homines suæ  
qualitatis ad sciendum, & non potuit scire: ideò asserendum est,  
ignorantiam invincibilem, tam iuris, quam facti à culpa excusa-  
re, & per consequens à pœna. Ratio est: nam, vt quis delictum cõ-  
mittat, per quod puniri debeat, requiritur actus voluntarius, vt  
ait Divus Thomas dict. prima secundæ, quæst. 66. art. 2. cap. 1. r. 5.  
quæst. 1. Sed ignorantia excludit omninò voluntatem, leg. si per  
errorem, 15. ff. de iurisdic. omnium iudicum, leg. cuius per errorem  
53. ff. de regulis iuris: igitur ignorantia invincibilis, tam facti, quã  
iuris excusat à pœna. vltterius: nam res, quæ culpa carent, non de-  
bent in damnum alicuius retorqueri. cum sine culpa non sit ali-  
quis puniendus, regula sine culpa de regulis iuris in sexto, dicta  
leg. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, ibi: *Respondi huiusmodi  
pœnas adversus scientes paratas esse*, dict. capit. fin. qui matrimo-  
nium accusare possunt, sed qui invincibiliter ignorat, non habet  
culpam, leg. si ignorans 52. ff. locati, ibi: *Non enim contemnit disciplina-  
nam, qui ignoravit*; igitur puniendus non est. qua ratione decidendi  
moti auctores in confirmationem nostræ assertiones adducti, hæc  
nostram doctrinam amplectuntur.

16. Vnde sequitur, quod quamvis actus sit prohibitus iu-  
re naturali, vel divino, qui invincibiliter ignorat impostam esse

excommunicationem contra frangentes præceptum divinum, aut naturale, excusatur ab ea; siue talis excommunicatio imposita sit à iure particulari, siue communi: veluti si quis sciens malum esse percutere clericum, ignorans tamen in tali casu excommunicationem impositam esse, eum percusserit, non ligatur excommunicatione. Ratio est: nam excommunicatio non potest ferri, nisi contra contumaces, & rebelles Ecclesiæ, cap. *sacro de sententia excommunicat. ibi: Prohibemus. ne quis in aliquem excommunicationis sententiam ferat nisi compertenti monitione præmissa*, cap. *nemo Episcoporum* 11. quæst. 3. sed qui prohibitionem Ecclesiæ invincibiliter ignorat, non est eius præcepto rebellis, quamvis Dei præcepto inobediens sit: igitur non ligabitur excommunicatione. Patet etiam ex eo, nam ex vna parte excommunicatio est medicinalis, cap. 1. de sententia excommunicationis in sexto, & ex altera est vltima pœna, qua Ecclesiæ delinquentes punit, cap. *corripiantur* 24. quæst. 3. at non esset medicinalis, sed potius lethalis, si ignorantia incurreretur excommunicatio: igitur ignorans excommunicatione non feritur. Confirmatur deniquè: nam nullus meretur puniri ab eo, quem non offendit, sed iste Ecclesiam non offendit: ergo ab ea puniri nequit. Quibus rationibus hanc sententiam tenent Angelus, verbo *excommunicatio* 7. casu vltimo num. 3. Navarrus in summa cap. 27. num. 16. & in Latina, in nova editione, eodem cap. 27. n. 274. Bartholomæus à Ledesma, de excommunicat. dub. 5. col. 996. Enriq. lib. 13. de excom. cap. 21. n. 1. & cap. 23. n. 2. Sylvest. verbo *excommunicatio*, vlt. q. 3. §. 4. Avila de censuris 2. p. cap. 5. disp. 5. dub. 7. vers. *tertia sententia*, Thomas Sanchez loco citato num. 13. Bonacina 1. tomo disp. 1. de censuris q. 2. puncto 1. Suarez 5. tomo in 3. p. disput. 4. sect. 9.

17. Contra quam sententiam obest textus in dict. cap. 2. de constitut. in 6. vbi definitur sententiam ordinariorã non ligare ignorantes: ergo à contrario sensu deducitur, sententiam à iure communi impositam eos ligare: augeturque difficultas ex verbis eiusdem textus, *ligari nolumus ignorantes*, quæ ius novum significare indicant: ergo ante dictam constitutionem, de qua in dict. cap. 2. ignorantia iuris particularis à pœna non excusabat, & hac de causa, cum de ignorantia iuris communis non loquatur ipsa constitutio, videtur dicendum ignorantiam excommunicationis

tionis impositæ contrafrangentes præceptum naturale, aut divinum, vel humanum non excusare. Quæ difficultate moti glossa in dict. cap. 2. verbo *statuta*, iuncto verbo *ignorantes*, Adrianus in 4. de confel. quæst. 3. de clavibus, §. ex his aliter, Rosela verbo *ignorantia*, num. 13. discrimen constituunt inter ignorantiam, quæ provenit circa pœnam excommunicationis impositam contra violantes leges naturales, aut divinas, vel humanas à iure communi statutas, & inter eam, quæ solùm intervenit circa pœnam excommunicationis latam constitutione ordinariorum: primo casu excusare agant, in secundo verò affirmant: sed omissa hac sententia ex rationibus supra traditis respondendum est primæ objectioni, negando consequentiam: nam argumentum à contrario sensu non valet, quando in casu contrario militat eadem, aut maior ratio: unde cum facilius sit excommunicationem à iure communi impositam, quàm latam ab ordinarijs ignorari, argumentum à contrario sensu in dict. cap. 2. deduci non valet, vt docent Thomas Sanchez loco citato num. 11. & Everardus in suis topicis loco à contrario sensu à num. 12. Secundæ est satisfaciendum antecedens negando: nam ibi Pontifex non novum ius condere, sed commune, quantum ad illum casum specialem, de quo fuerat interrogatus, declarare intendit, ita Avila loco citato, vers. *ad argumentum secundæ sententiæ*.

18. Deinde inferitur, coniugem, qui ex ignorantia in vincibili iuris, vel facti efficitur affinis alterius coniugis, non privari debiti petitione, vt si quis ignorans affinitatem provenire ex cupula illicita, accedit ad consanguineam suæ vxoris in secundo gradu (quo casu secundum Concilium Tridentinum de reformatione matrimonij, Sessione 24. c. 4. tantùm contrahitur affinitas) vel, si quis ignorans cognationem spiritualement oriri eo casu, quo quis ex fonte sacro baptismatis filium deducit, non impediri debet carnale petere, cum semper ignorantia iuris, & facti invincibilis excuset, quod probatur ex dict. cap. si vir de cognatione spirituali, ibi: *Si ex ignorantia id factum est, eorum ignorantia excusare videtur.* Cui sententiæ adherent Sotus in 4. diff. 37. quæst. vnic. artic. 2. vers. *debet autem pœna*, Gutierrez quæst. canon. cap. 23. num. 9. Sanchez cum ab eo relatis vbi supra num. 43. & 44. Cordus in questionario lib. 1. quæst. 12. paulò post principium vers. *dictum est* quod

*quod scienter*, Petrus de Ledesma quæst. 55. de matrimonio art. 6. difficult. 5. §. in huius rei expositione.

19. Præterea deducitur ad incurrendas alias censuras, veluti suspensionem, aut interdictum, aut ad incurrendam poenam irregularitatis causatam ex delicto, necessariam esse cognitionem poenæ; alias enim si quis ignorantia motus fregerit præceptum, in quo impositæ sunt prædictæ censuræ, aut poena irregularitatis causata ex delicto, excusabitur per rationem supra traditam, & ex eo, quia textus in dict. cap. 2. de constitut. in sexto, Generaliter à poenis liberat ignorantes, tum etiam ex d. c. i. eodem titulo in 6. Vbi dicitur legem poenalem de novo datam non ligare eos, qui ante legem latam deliquerunt: quia ab eis prohibitio ignoratur: sed lex lata respectu ignorantium eodem modo se habet, ac si lata non esset: ergo eam ignorantes invincibiliter eius poenis non comprehenduntur, & per consequens inferitur, frangentes præcepta ignorantes contra eorum violatores impositas esse poenas suspensionis, interdicti, aut irregularitatis eis non ligari, quam sententiam defendunt Suarez dicto 5. tomo in 3. p. disp. 4. sect. 9. num. 19. & 20. Navar. in summa Latina cap. 23. num. 47. vers. *addo bis*, & in summa Hispana, cap. 23. num. 45. & in utraque summa cap. 27. num. 16. Emmanuel Rodriguez 1. tomo summae in 2. editione cap. 195. num. 3. Sylvester in summa verbo *ignorantia*, quæst. 8. Thomas Sanchez loco citato num. 20. Philiaricus de officio sacerdotis tomo 1. p. 1. lib. 3. cap. 4. §. obijcitur.

20. Rursus deducitur committentem homicidium omnino casuale irregularem non fieri, nec aliqua poena puniendum esse, cap. lator, cap. ex litteris, cap. dilectus, cap. Ioannes, cap. fin. d. homicidio. leg. si putator, ff. ad legem Aquiliam. Ratio est: nam is, qui committit homicidium casuale post factam diligentiam, ne sequeretur, cum invincibiliter ignoret, sequi posse: idcirco non remanet irregularis, nec homicidium ei imputari valet. Ita docent Salonius 2. 2. quæst. 64. art. 8. controvers. 1. conclus. 4. Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. pagina mihi 1443. Filliuc. tract. 20. cap. 3. num. 54. Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. p. 3. cap. 4. num. 1. Bonacina 1. tomo disputat. 7. de irregularitate, quæst. 4. puncto 7. num. 2.

21. Deinde deducitur, ignorantiam invincibilem præcepto-

ceptorum naturalium, aut myſteriorum fidei (exceptis, quæ per-  
tinent ad notiffimam, & clariffimam cognitionem, quæ dicun-  
tur prima principia iuris naturæ, vt ſunt ſequentiæ: colendus eſt  
Deus, honorandi ſunt parentes, quod tibi non vis, alteri ne facias,  
malum vitandum, bonum faciendum, & ſimilia, quæ claro lumine  
naturæ cognoscuntur) à culpa excuſare, veluti ſi aliqui in fideles  
extiterint, ad quos nulla myſteriorum fidei cognitio pervenit.  
Ratio eſt: nam cum iſti, qui de myſterijs fidei nihil audierunt, ig-  
norantiam vincere non potuiſſent, culpam non habuerunt, ided-  
que ab ea immunes eſſe debêt, ita tenet Bonacina cum alijs ab eo  
relatis, dict. diſput. 2. de peccatis, quæſt. 8. puncto 3. ex num. 9.

22. Denique inferitur, committentem homicidium igno-  
rantia comitante (quæ nuncupatur eo caſu, quo etiam ſi non  
interveniffet actus, nihilominus fieret, vt ſi Titius occidat Sem-  
pronium eius inimicum, credens eſſe ſeram, quem ſi cognoviſſet,  
nihilominus interfeciſſet) à poena liberum manere. Ratio eſt: nã  
quamvis affectus, & deſiderium inimicum occidendi ſit iniuſtum,  
cum tamen homicidium ex hoc affectu originem non habeat, ſed  
tantum ex intentione, & voluntate externa ſeram occidendi, qui  
actus non eſt malus, idcirco aſſerendum eſt, ignorantia invinci-  
bili comitante occidentem puniendum non eſſe, & hac de cauſa  
ad reſtitutionem damni illati non teneri, nec ad altaris miniſte-  
rium accedere prohibendum eſſe. Ita docent Vazquez prima ſe-  
cundæ, diſt. 125. cap. 2. Suarez de cenſuris dict. diſput. 4. ſect. 8.  
num. 8. Thomas Sanchez lib. 1. ſummæ cap. 16. num. 13. Reginal-  
dus lib. 11. num. 20. Layman lib. 1. tractatu 2. cap. 4. num. 8. Fil-  
lucius tract. 21. cap. 10. quæſt. 7. num. 368. Azor 1. p. inſtitut. mo-  
ral. lib. 1. cap. 14. quæſt. 4. Bonacina loco citato num. 34. & 37. &  
diſputat. 1. de cenſuris, quæſt. 2. puncto 1. num. 14. Molina tomo  
4. diſput. 53. num. 2. & tomo 6. tract. 5. diſput. 71. num. 8.

23. Quibus ſic conſtitutis non obſtant argumenta pre-  
contraria parte adducta, non primum deductum ex d. regu' ig-  
norantia, qua difficultate oppreſſi gloſſa in cap. à nobis el primo  
ſo, verbo *non niſi*, de ſententia excommunicat. Scotus in 4. diſt. 6.  
quæſt. 8. in principio, Covar. in cap. alma mater 1. p. §. 10. num. 9.  
uſque ad 12. tenent, ignorantiam iuris delinquentem a poena nō  
liberare: nam reſpondendum eſt cum Thom. Sanchez loco citato

num. 10. dicendo, ibidem non probati ignorantiam iuris non excusare, si probetur invincibilis, sed tantum dei, ignorantiam facti semper excusare: nam præsumitur à iure invincibilis, si contrarium non probetur, ignorantiam verò iuris non excusare in foro externo, cum à iure præsumatur vincibilis, sed si probetur invincibilis, non negatur ibidem excusare, quam solutionem sequuntur A vila dict. 2. p. cap. 5. dub. 7. vers. *ad secundum respondetur*, Philircus de officio Sacerdot. tomò 1. p. 1. lib. 3. cap. 4. conclus. 5. Sylvester verbo *ignorantia*, quæst. 8. di. 3. ad finem. Rosella eodem verbo, num. 15. Castro lib. 2. de lege pœnali cap. 14. §. sicut dictum est. Quæ solutione intelligendi sunt textus in Authentica, ut facta novæ constit. §. Sâcimus, & §. ne legitur collat. 5. c. 1. de post. prædicto cap. fin. §. alioquin, qui matri. accusare possunt, ubi asseritur. post duos menses à legis promulgatione transactos non excusare ignorantiam, cum præsumatur à iure post dictum tempus ad omnes promulgationem, & scientiam legis pervenisse: at verò si contrarium probetur per modos adductos à Thom. Sanchez loco citato num. 5. tunc enim ignorantia à pœnali liberabitur.

24. Non obest secunda difficultas ex dict. leg. 1. ff. de legibus: nam omitta sententia Antonij Fabri in rationali ad eandem legem, asserentis, intelligendum esse textum in dict. leg. 1. de ignorantia iuris, quæ non excusat. Quæ interpretatio admitti non potest ex eo: tum nam ignorantia iuris invincibilis semper excusat, ut constat ex iuribus supra relatis: tum etiam, nam cum Papinianus indistincte loquatur, non magis ad iuris, quàm facti ignorantiam respexisse, credendum est, & alia Cuiacij lib. primo definitionum Papiniani in dict. leg. 1. & lib. 19. observat. cap. 10. Respondendum est, differentiam constituendo inter ignorantiam, quæ versatur circa substantiam rei principalis, & inter eam, quæ non intervenit circa rem principalem, sed circa eius qualitates: primo casu dicendum est, ignorantiam invincibilem semper excusare, cum ad delinquendum requiratur actus voluntarius, qui omninò deficit, quando intervenit ignorantia invincibilis, dicta l. si per errorem, ff. de iurisdic. omn. iud. dict. l. cuius per errorem §. ff. de reg. iur. dict. leg. si ignorans, ff. locati: secundo verò casu non excusare, veluti cum quis intenderet occidere Titium, & errore actus occidit Sempronium. Ratio est: nam cum ipse velet

occidere, vel delictum committere, quod pertinet ad substantiam delicti, licet in eius qualitate adsit ignorantia, hoc est, circa personam, cum principale semper prævaleat, regula accessorium de regulis iuris in sexto, non excusabitur à pœna, & in hac specie loquutum fuisse Papinianum in dict. leg. 1. vt notat Amaya loco citato cap. 3. num. 8. dicendum est. Qua solutione intelligendus est textus in dict. leg. cum qui nocentem, §. si iniuria, ff. de iniurijs.

25. Ex qua interpretatione infero intellectum ad textum in dict. leg. 2. ff. de termino pro ratione dubitandi adductū, vbi inquit Callistratus, quod si quis intendens lapidem tantum furari per ignorantiam finales lapides abstulerit, hoc in casu non solum accusari potest de furto, sed de delicto termini moti: nam cum hæc ignorantia versetur circa qualitatem delicti, in qua interuenit admixta voluntas, idè non excusat.

26. Præterea venit interpretandus textus in dicta leg. 1. §. si incendio, ff. de incendio, ruina, & naufrag. supra pro contraria parte adductus, vbi probatur, quod si quis animo comburendi vnam domum, in qua ignem imposuit, ex quo præter eius intentionem aliæ plures combustæ fuerant, tenetur de omnibus, cum ignorantia versetur circa qualitatem delicti, in qua datur admixta voluntas omnes comburendi.

27. Vterius deduco interpretationem ad quam plurima iura, præcipuè ad textum in leg. scientiam 45. in fine, ff. ad leg. Aquil. leg. doli 5. §. si quis dolo, ff. de seruo corrupto, leg. cum autè 23. §. excipitur secundo, vers. capitalem, ff. de edilitio edicto, lege vulgaris 21. §. si quis 2. leg. falsus 43. §. qui alienum, ibi: *Nihil enim ad furtis minuendum facit, quod cuius sit ignoret*, ff. de furtis, l. 3. §. itaque ff. de iniurijs, ex quibus iuribus constat, ignorantiam non excusare delinquentem à pœna, cum tantum versetur circa rei qualitatem, sic docent D. Franciscus de Amaya loco citato, Covar. in dict. cap. alma mater 1. p. §. 10. num. 13. & 14.

28. Contra quam doctrinam obstat fortiter textus in leg. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, vbi si quis dedit alicui potum amatorium non animo occidendi, sed causa amoris, vel libidinis, si recipiens moriatur, plectendus est pœna mortis, qui dedit: igitur licet adsit ignorantia circa substantiam delicti, delinquens non est puniendus, si quidem in prædicta specie nulla vo-

Quas delinquendi adfuit. Cui difficultati respondendum est, ne-  
 gando consequentiam: nam quamvis in prædicta specie non in-  
 tervenisset animus explicitus delinquendi, interfuit ad minus im-  
 plicitus ex eo, quòd fecit rem illicitam dando poculum amato-  
 riam, ex quo verosimiliter sequi potuit homicidium, nam quan-  
 do aliquod delictum, vel factum est tale, quòd non potest regula-  
 ri, & modificari animo, & voluntate delinquentis, imò est tale fa-  
 ctum, quòd verosimiliter potest extendi ultra intentionem, tunc  
 tenetur, cum eo ipso, quòd rei illicitæ periculosa operam det, ad-  
 mixtam voluntatem delictum committendi habeat. Quæ inter-  
 pretatione intelligendus est textus in cap. is qui de homicidio in  
 sexto, ubi is, qui mandat aliquem verberari, licet expressè inhi-  
 beat ne occidatur, vel mutiletur, si postea mandatarius finem mæn-  
 dati excedens, membrum abscindat, vel mutilet, de homicidio te-  
 netur mandans: nam istud factum verosimiliter à principio po-  
 tuit animadverti à mandante, cum periculosum esset, posse exten-  
 di ultra eius intentionem. Ita Anton. Gomez cum ab eo relatis  
 lib. 3. variarum cap. 3. num. 34. in fine. Undè colligitur, dantem  
 operam rei illicitæ prohibita ratione periculi mortis, sequuto ho-  
 micidio, fieri irregularem, etiam si adhibuisset diligentiam, ut nò  
 sequeretur: nam eo ipso, quòd quis dat operam rei illicitæ pericu-  
 losæ, ex qua mors verò similiter sequi solet, nò videtur posse suffi-  
 cientè diligentiam adhibere, ne sequatur mors. Ita docent Sayrus  
 lib. 7. cap. 5. Avila 7. p. de irreg. disput. 6. sect. 1. dub. 1. Vgolinus  
 de irregul. cap. 18. §. 1. num. 9. Navar. cap. 27. num. 237. Toletus  
 lib. 1. cap. 77. & 78. Suarez disput. 45. sect. 6. num. 12. Molina dis-  
 putat. 77. num. 5. contra Lessiam lib. 2. cap. 9. dub. 15. Enriquez  
 lib. 4. cap. 16. num. 1. Petrum Navarram lib. 2. de resitut. cap. 3.  
 num. 362. Filiucium tract. 20. cap. 5. quæsito 7. num. 70. Si verò  
 quis daret operam rei illicitæ nò prohibita ratione periculi mor-  
 tis, adhibita diligentia debita, ne homicidium sequatur, postea  
 sequuto, non remanet irregularis, cap. quantum 48. dist. 50. ita te-  
 netur communior Doctorum sententia contra Sylvestrum verbo  
*homicidium* 2. & Toletum loco citato.

Præterea refragatur, nam ille, qui percutit clericum  
 ngr. clericum esse, errat in qualitate rei: sed iste excusatur à  
 pœnæ. communicationi cap. si verò 4. de sentent. excommuni-

Molina tomo 4. disput. 53. num. 1. & 3. Sotus in 4. dist. 22. quaest. 1. art. 2. Salas de legibus disput. 15. sect. 9. num. 110. Vazquez in tractatu de excommunicat. dub. 14. num. 2. Reginald. lib. 9. num. 199. Marius Alterius lib. 3. disput. 2. cap. 3. columna 2. Covar. loco citato, Bonacina 1. tomo tract. de censuris disput. 1. q. 2. puncto 1. n. 8. igitur ignorantia in qualitate rei non excusat. Cui difficultati respondendum est distinguendo, an qualitas habeat separatam malitiam, propter quam imponitur poena, an eam non habeat separatam: primo casu excusat ignorantia: secundo vero neutiquam. Unde cum percussio clericum non sit prohibita excommunicatione propter malitiam percussoris, quae generaliter in ceteris percussoribus invenitur, sed propter malitiam sacrilegij, quae committitur in percutiendo clericos, ideo ignorantia circa hanc qualitatem excusat, cum separata sit a malitia percussoris, & per consequens non accessoria: at vero iura supra relata intelliguntur de qualitate, quae non habet malitiam separatam a delicto principali, veluti quando quis intendit occidere Sempronium, & errore ductus Titium occidit, quo casu cum eadem ratio prohibitionis militet in homicidio Titij, atque Sempronij: ideo ignorantia circa qualitatem personae Titij non liberat homicidam a poena, qua solutione veram lucem accipiunt textus in cap. si quis cum matre, cap. si quis cum duabus, cap. quidam fin. 34. quaest. 2. vbi asseritur, dantem operam damnato facto, ignorantem aliquam qualitatem, per quam gravius puniri deberet, excusari a poena illius qualitatis, cum qualitas, de qua ibi, separatam malitiam habeat.

29. Vt iterius pugnant textus in leg. illud §. fin. & leg. si cum servo, ff. de iniurijs, vbi disponitur, quod si quis voluit percussere servum proprium, & casualiter percussit alium proxime praetereuntem, non tenetur aliqua poena: igitur ignorantia in qualitate excusat. Cui obiectioni satisfaciendum est asserendo, ideo in dictis iuribus percussorem de damno illato non teneri, quia dabit operam rei licitae in percutiendo proprium servum, leg. 1. C. de emendat. servor. quo casu adhibita debita diligentia non debuit homicidium percussoribus imputari, dict. cap. dilectus, dict. ca. Ioannes, dict. cap. fin. de homicidio, textus vero super telati loquantur quando quis dabit operam rei illicitae periculum, quo casu per rationem supra traditam non excusatur a poena. Ita docet Fachin.

Pachineus lib. 1. controvers. cap. 37. vers. ad primum argumentum, ex qua solutione venit intelligendus text. in leg. 3. vers. sed ex Senatus Consulto, ff. ad leg. Cornel. de fidei ijs, ex quo constat Titium potum mulieri dantem ad conceptionem, vel ad amorem licitum, si ex eo potu mulier moriatur, non esse puniendum poena ordinaria. Ratio est: nam cum praestare potum mulieri ad conceptionem, vel ad amorem licitum, non sit res illicita, nec prohibita; hac de causa iure Consultus respondit poena ordinaria non esse plectendum. Neque obstat dicere, quod quando quis dat operam rei licitae, si adhibet diligentiam, quam debet, ne homicidium sequatur, postea sequutum ei non imputatur, nec aliqua poena puniri debet, dict. cap. dilectus, dict. cap. Ioannes, dict. cap. fin. de homicidio, leg. si putator, ff. ad legem Aquiliam: sed in dict. leg. 3. §. sed ex Senatus Consulto habet locum poena relegationis: ergo ibi non agitur de re licita: nam respondendum est, ideo poena relegationis eum, qui ad conceptionem, vel ad amorem licitum mulieri potum dedit, puniri, licet operam rei licitae dedisset, quia malo exemplo medicamento ad conceptionem usus fuit. Quae solutio colligitur ex illis verbis: *Sed ex Senatus Consulto relegati iussa est ea, quae non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quae acceperat, decesserit.*

30. Denique refragatur text. in dict. leg. item apud La-beonem 15. §. interdum 45. ff. de iniurijs, ibi: *Interdum iniuria ser-vo facta ad dominum redundat, interdum non: nam si pro libero segerentem, aut cum eum alterius potius, quam am, existimat quis non casurus eum, si meum scisset, non posse eum, quae si mihi iniuriam fecerit, sic conveniri Me-ta scribit.* Ex quibus verbis constat, vulnerantem meum servum, qui pro libero se gerebat, aut existimantem alterius esse, mihi actionem iniuriarum contra eum non competere: igitur ignorantia in qualitate rei excusat. Cui objectioni respondendum est, discrimen constituendo inter actionem legis Aquiliae, & inter actionem iniuriarum: primo casu, ut competat actio legis Aquiliae solum requiritur damnum, & culpa, non vero damni dandi voluntas est necessaria, sed et si 5. §. 1. leg. si servus servum 27. §. si fornicarius 1. §. quis testatur 41. §. vltim. l. scientiam, §. si meum legem Aquiliam: secundo scilicet casu, non tam factus in inferenda iniuria attenditur, dict. leg. illud 3. §. si quis in 6. §. leg. si cum seruo 4. leg. penult. ff. de iniurijs,

si non convitij, C. eodem titulo. Vnde cum in dict. l. item apud Labeonem, §. interdum loquatur iure Consultus de actione iniuriarum, ad quam, vt competat, exigitur animus inferendæ iniuriæ, hac de causa asseruit vulnerantem meum servum, alterius esse existimantem, mihi actionem iniuriarum non competere: nam ei animus mihi inferendæ iniuriæ defecit: Ideo que dicendum est, in hac specie ignorantiam in qualitate rei excusare: at vero si in dict. leg. item apud Labeonem, §. interdum ageretur de recuperando damno illato actione legis Aquiliæ, cum ad eam solum damnum culpa vulnerantis fieri exigatur, responderet iure Consultus Vipianus, vt dixit Paulus in dict. leg. scientiam, §. si meum servum, contra vulnerantem servum ignorantem meum esse, mihi actionem legis Aquiliæ competere: nam damnum intervenit, & culpa vulnerantis, quæ ab eo commissa fuit in dando operam rei illicitæ, ita docet Antonius Faber in dict. leg. scientiam, §. si meum servum. Ex qua solutione venit interpretandus textus in dict. leg. cum, qui nocentem: 8. §. at cum aliquis penult. ff. de iniurijs, vbi asseritur contra eum, qui iniuriam intulit filio familias, existimans patrem familias esse, aut vxori, cogitans viduam esse, patri familias, aut marito, actionem iniuriarum non competere. Ratio est: quia qui intulit iniuriam filio familias, aut vxori, animum patri familias, vel marito iniuriam inferendi non habuit, vt ibi docet iure Consultus, & notant omnes ordinarij.

31. Contra quam interpretationem obstat text. in dicta leg. cum, qui nocentem, §. si iniuria, ff. de iniurijs, ex quo constat, contra eum, qui iniuriam intulit Titio, cogitans Sempronium esse, competere iniuriarum actionem Titio, & tamen ei iniuriam inferendi intentionem non habuit: igitur, vt competat actio iniuriarum, animus inferendæ iniuriæ non exigitur. Pro cuius obiectiõis vera responsione distinguendum est inter actionem iniuriarum, quæ conceditur ipsimet iniuriam personaliter passo, & inter eam, quæ conceditur alij personæ diversæ, veluti patri pro iniuria eius filio facta, aut marito pro iniuria eius vxori illata: optimo casu, licet iniuriam inferens putasset alium esse corpus passi iniuriandum voluntate, & animo elegerit in rei veritate iniuriam passus sit, competit actio in secundo autem patri, aut marito non competit, quia in eorum iniuriam nihil factum est, cum por

damẽ cor-  
se passus  
um:  
u:  
s eorum  
iniur.

Iniuriam non intulisset iniurians, neque animum eam eis inferendi habuisset. Unde cum in dict. leg. cum, qui nocentem, §. si iniuria Paulus loquatur de actione iniuriarum, quæ conceditur ipsi et personaliter passo, asseruit concedendam eo casu, quo quis percussit Titium, putans Sempronium esse: at verò in dict. l. item apud Labeonem cum agat Ulpianus de actione iniuriarum, quæ concedi debet alij personæ diversæ, non esse concedendam inquit, quando ignorantia ipsius personæ diversæ omninò intervenit. Sit tamen is, qui iniuriam intulit filio familias, cognovit eum filiū familias esse, ignoravit autem cuius fuisset, tunc patri iniuriarum actio competit. Ratio est: nam iste intentionem iniuriam inferendi illis, quicumque essent, habuit. Ita docet iure Consultus in dicta leg. cum, qui nocentem, §. quod si scisset in illis verbis: *Quod si scisset filium familias esse, tamen si nescisset, cuius filius esset, dicerem, inquit, patrem suo nomine iniuriarum agere posse*, D. D. Martinus de Hontiveros in hac Academia Salmantina Decretorum Cathedræ meritisissimus possessor, in dict. cap. 2. de constitut. in 6. Cuiacius lib. 56. Pauli ad edictum in dict. leg. cum, qui nocentem.

33. Non obest tertia difficultas ex dict. cap. cum illorum de sententia excommunicationis: nam dicendum est, Pontificem ibidem non agere de ignorantia invincibili iuris, sed de ignorantia culpabili, & vincibili, quæ non excusat, ut supra diximus, quæ solutio colligitur ex eo: nam cum Pontifex loquatur indistinctè ignorantiam facti, & iuris non excusare, & ignorantia invincibilis facti excuset, dict. cap. si verò 4. de sentent. excommunicationis: idè asserendum est, in specie prædicti textus Pontificem agere de ignorantia vincibili, & culpabili iuris, & facti, Thomas Sanchez dict. disput. 32. num. 10. Avila de censuris dict. 2. p. cap. 5. disput. 5. dub. 7. vers. ad primum.

34. Ex qua interpretatione infero solutionem ad textū in cap. qui bis 117. de consecratione dist. 4. ibi: *Qui bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo poenitere, nisi quòd secundum canones ordinari non possunt*. Ex quibus verbis constat, rebaptizatum ignoranter irregularitatem incurrere, qui textus est intelligendus de ignorantia culpabili, & vincibili, aliàs enim si loqueretur de ignorantia invincibili, excusaretur rebaptizatus: nam quando irregularitas procedit a ratione delicti, veluti ista, de qua loquimur, non incurratur pro peccato: at ubi ignorantia invincibilis intervenit

tervenit, non adest peccatum, vt supra afferuimus: igitur textus in dist. cap. quibus loquitur de ignorantia vincibili, & culpabili, non autem de invincibili. Contra quam interpretationem non obstant illa verba, *non indigent pro eo poenitere*, quæ videntur ostendere peccatū non intervenisse, nam nō sunt intelligēda de poenitentia sacramentali, sed de publica, quæ tantū imponebatur rebaptizatis scienter. Vnde cum ille, qui ignorantia culpabili, & vincibili rebaptizatus est, scienter non cōmittat in legem, licet mortaliter peccet, poenitentia publica septem annorum, de qua loquitur ipse textus, non est puniendus, sic docet Avila de censuris 7. par. disput. 7. dub. 2.

35. Præterea deduco solutionem ad text. in leg. sed addes 19. §. 1. ff. locati, vbi probatur, quod si quis dolla vitiosa ignorans locasset, deinde vinū effluxisset, ignorantia non prodest, quominus teneatur, qui textus intelligendus est de ignorantia culpabili, & vincibili: nam cum quis teneatur apud Romanos, dolla sua quotidie perlustrare, lavare, & pice circumlinire, vt ex alijs tradit Costanus lib. 1. quæst. cap. 13. num. 12. aliās enim à censoribus malebatur: hac de causa si dolla sua quis vendidisset non lota, inter se solvere astrictum esse inquit Ulpianus, ita Accursius in d. leg. sed addes §. 1. Contra quod non obest textus in eadem leg. sed addes §. 1. in 2. parte, quatenus probat, quod si quis ignorantia saltem pascuum locasset, in quo herba mala nascebatur, quæ pecora fuerunt mortua, excusatur: nam respondendum est, excusari locatorem à solutione intereūs, quia habuit ignorantiam invincibilem in cognoscendo, an herba vitiosa fuisset, cum vnusquisque bonas herbas à malis discernere non facile possit, quæ solutione intelligendus est textus in leg. Iulianus 13. ff. de actionibus empti.

36. Denique deduco interpretationem ad textum in leg. genere, §. ff. de his, qui notantur infamia, vbi asseritur patrem infamia, quia parentes maculantur, quando filias intra annum luctus, qui mulieribus datur, intra quem maritos lugeant, in matrimonium collocant, leg. 1. §. qui eam, ff. de his qui notantur infamia. no-  
 tiam  
 tantum  
 in  
 m  
 nobile  
 facti

nam luctus præterisse, intra id tēpus filiam in matrimonium collocavit. Ratio est: nam cum pater scivisset genere esse, & in isto errore ductus intelligens annum luctum, filiam in matrimonium collocasset, igitur

facti habuit, id est quæ excusatus fuit à pœna, ita Amaya dict. lib. 2. observat. cap. 2. sum. 15.

37. Advertendum est, quòd licet verissimum sit, ignorantiã in vincibilem tam facti, quàm iuris semper excusare, hoc intelligitur, quando agitur de excusatione pœnæ ob delicta imposita, vel de vitando damno amittendæ rei, in qua quis dominium habet, aut debitam sibi ex causa obligationem, leg. error 8. ibi: *Ceterum omnibus iuris error in damnis amittendæ rei sue non nocet, ff. de iuris & facti ignorantia, leg. fin. C. eodem tit. si autem agatur de lucro captando, tunc ignorantia facti, non verò iuris prodest, leg. nunquam, ff. de usucapionibus, leg. 2. § si à pupillo, ff. pro emptore, dict. leg. error, ibi: Error facti, nec maribus quidem in damnis, vel compendijs obest. Iuris autem error nec feminis in compendijs prodest.* Cuiac. lib. 14. observat. cap. 39. & lib. 1. de fuit. Papiniani in dict. leg. error, Donel. lib. 1. comment. cap. 1. iuxta quam doctrinam intelligendus est text. in leg. quæ fidei commissa 79. ff. delegatis secundo, vbi probatur, liberos mariti, qui ignoracione iuris reliquerunt liberos vxoris usufructu prædiorum in testamento sui patroni relictorum vxori, vt sibi ipsis restitueret, per longum tempus sui, existimantes hoc ita facere teneri, quia ab vxore iustum erat in eius testamento, posse prædia petere, non obstante ignorantia iuris. Ratio est: nam cum hi liberi intendant damnus eius rei vitare, quæ ob fidei commissum à patrono relictam sibi debita erant, hæc de causa ignorantia iuris eis profuit, vt prædia recuperare valerent, ita Cuiac. loco citato.

38. Contra quam solutionem obstat difficilis textus in leg. si patronus 3. ff. si quid in fraudem patroni, vbi patet, ad reuocandam bona alienata à liberto in eius fraudem, bonorum possessio contra tabulas non competit eo casu, quo patronus ignarus alienationis fuit institutus hæres à liberto in debita portione ex bono tempore mortis relictis, & adivit hereditatem: igitur ignorantia in damno vitando non excusat. Cui difficultati respondendum est. Cuiuslibet Cuiacio lib. 11. responsorum Papiniani in dict. leg. quæ fidei commissum, qui inquit, idem in dict. leg. 3. ignorantia non excusasse: quia fuit supina, & crassa, quæ ad nocet, leg. nec supina, ff. de iuris & facti ignorantia, ibi: Ignorantia iuris ignorantiã crassam, & supinam habuisset, non excusaret, nisi curioſitas prudentia, & diligentia desideretur.

tur in hæreditatem adeunte, & hac de causa ei concedatur à iure tempora ad deliberandum, an sibi sit utile eam adire, aliàs enim si damnum provenit sibi imputatur, & patronus nullam diligentiam fecisset in hoc prospiciendo, idcirco causa summæ negligentia, quæ ignorantia crassa, aut supina nuncupatur, non potuit damnū vitare, quæ solutio colligitur ex illis verbis: *Idcirco q̄ patronum sibi imputare debere, qui cum posset bonorum possessionem accipere contra tabulas propter ea quæ alienata, vel mortis causa donata sunt, non fecit.* Sic intelligendi sunt text. in leg. filium emancipatum 60. ff. de adquirenda hæreditate, leg. clodius 97. ff. eodem titulo.

39. Rursus refragatur text. in leg. si partē 19. §. si per fundum, ff. quemadmodum servitutes amittantur, ibi: *Si per fundum meum viam tibi legavero, & adita mea hæreditate, per constitutum tempus ad amittendā servitutē ignoraveris eam tibi legatā esse amittes viam non utēdo.* Ex quibus verbis probatur, quod si viæ servitus legata sit testamēto, amittitur non utēdo per tēpus legitimum, etiā si ignoret legatarius eam sibi legatā fuisse: ergo videtur dicendū in damno vitando ignorantiā nō excusare. Sed huic objectioni satisfaciēdum est dicendo, procedere in legatis, in quorum damno vitando ignorantia non prodest. Ratio est: nam cum legata ignorantibus adquirantur, leg. cum pater 77. §. furdo, ff. de legatis secundo, & ea, quæ ignorantes adquirimus, ignorātes amittamus, asseruit Pomponius in dict. §. si per fundum legatarium amittere legatum sibi relictum, si eo non utatur, licet ignoret sibi fuisse relictum, ita docet Antonius Faber in rationali ad eundem textum.

40. Deniquè pugnat text. in leg. cum quis, C. de iuris, & facti ignorantia, vbi asseritur, solventem indebitā pecuniam per ignorantiam repetere non posse: igitur ignorantia in damno vitando non prodest: aliàs enim si prodesset ijs, qui de damno vitando certant, Diocletia. assereret repetitionem ei competere, qui in debitum iuris ignorantia solvit, ne damnū pecuniæ indebitæ sentiret. Pro cuius objectionis explanatione cōmuniter solent responderi discrimen constituendo inter eum casum, qui pecuniam civiliter, & naturaliter indebitā ignoravit; & inter eum, quo pecunia soluta per ignorantiam naturaliter, nō verò civiliter: primo casu pe-  
& in hac specie loquutum fuisse Diocletia. de casu negant dari repetitionem, l. i. l. error, C. de

quis  
uctus so  
bita  
e,  
ē  
l. pen.  
de

ff. de iuris & facti ignorantia. Sed hæc interpretatio convincitur primo ex l. si fideiussor, §. non malè, ff. mandati, vbi fideiussor iniuste obligatus non potest repetere pecuniam indebitam, quam ignorantia iuris, intelligens se ad solutionem astrictum esse, solvit. Vterius ex l. 1. ff. vt in posses. leg. ex qua probatur heredem, qui nec naturaliter, nec civiliter ad satisfactionem tenebatur, ex iuris ignorantia satis dedisse, & postea si conditionem ex benignitate in illo casu speciali competere: ergo extra illum casum non competit. Denique ex d. l. cū quis vbi indistinctè imperator docet solutum per ignorantiam iuris repeti non posse. Vnde omiſſa hæc sententia dicendum est, idè in d. l. cum quis pecuniæ indebitæ solutæ ignorantia iuris repetitionem non admitti: quia tunc nō agitur de damno vitando, sed de recuperando, quod iam amissum erat ab eo, qui pecuniam indebitam solverat, quo casu cum potius studeret lucrum captare, quam damnum futurū amoliri, ad quod vitandum solum ignorantia iuris prodest, nō verò ad illud, quod iam contigit, repetitionem pecuniæ non habet, ita Cuiac. lib. 1. definit. in d. l. error facti: Ex qua vera solutione lucem accipiunt text. in l. 3. ff. ad Senat. Consult. Macedon. l. 2. ff. de confessis, vbi iuris ignorantia ad excusationem damni non prodest, quæ iura sunt intelligenda de damno, quod iam contigerat, nō de futuro, ad quod vitandum semper ignorantia iuris excusat, d. leg. error.

41. Denique superest explicare, an ignorantia vnus alteri proficiat, qua in quæst. dicendū est, neque prodest, neque nocere, l. 5. ff. de iuris & facti ignorantia, ibi: *Iniquissimum videtur, cuiquam scientiam alterius, quam suam nocere, vel ignorantiam alterius alijs profuturam*, leg. non solus 22. §. sed et si plures, ff. de liberali causa, leg. si. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet. Cui sententiæ obest text. in leg. liberis 7. §. si duo, ff. de liberali causa, vbi probatur, quod si duo liberum hominem pro parte emerunt, alter sciens, aliter ignorans, ignorantia alterius scienti prodest, & hac de causa rite homo liber ei acquiritur. Ad cuius difficultatis explorationem primo est prænotandum, hominis liberi emptionem tunc quo quis maior 20. annorum ad pretium participandū emi, & emi à bonæ fidei emptore, l. 5. §. 1. ff. de iure per. Ant. Fab. in iuris prudentiarum prin. 4. illat. 3. Conan. lib. 2. commet. dicitur fuit, ne ex hoc genere hominum im-

pro:

probo, qui se venundari passi sunt; emptores bonæ fidei damnata sentirent. Quibus sic suppositis, respondendum est discrimen cæstituendo inter eum casum, quo duo in solidum hominem liberum emerunt, alter sciens, alter ignorans, & inter eum, quo pro parte tantum emerunt: primo casu ignorantia vnius alteri non prodest, sed homo liber cum in solidum emptus esset, acquiritur totus bonæ fidei emptori, qua in specie loquuntur iure Consulti in d. l. nō solus §. sed et si, & d. l. fin. secundo autem ignorantia alterius scienti prodest, vt in d. l. liberis, §. si duo. Ratio est, nā qui ignoravit, cū maiorem partem habere nequeat, quam ipse emit, & emptio, & venditio hominis liberi pro parte consistere non valeret, hac de causa in totum valet emptio, & pars scienti acquiritur: æquius enim est, vt scienti quæraturs pars, quam vt propter eius scientiam ignorans pœna afficiatur, argumento text. in leg. cum hæreditate §. ff. de acquirend. hæred. ita Cuiacius in d. l. §. ff. de iuris & facti ignor.

42. Limitatur tamen prædicta sententia eo casu, quo servus suo nomine contractum celebrasset, tunc enim eius scientia, aut ignorantia domino nocet, aut prodest, cum in hoc casu persona servi, vt principalis attendatur: si verò servus nomine domini contractum celebrat, eius scientia, aut ignorantia, nec domino nocet, nec prodest: nam hoc in casu persona domini inspicitur, l. 2. ff. de litigiosis. l. imo, l. sequenti, ff. de liberali causa, l. sed et si 13. ff. de contrahenda emptione. Contra quod non obstat text. in leg. cum mancipium, ff. de ædilitio edicto, vbi inquit Africanus in actione redhibitoria scientiã servi domino indistinctè nocere, siue suo, siue nomine domini cōtraxisset: nam procedit specialiter in hac actione, in qua cum scientia emptoris semper inspicitur, idcirco scientia servi indistinctè domino nocet, ita Cuiacius loco citato.

43. Non obstant cætera argumenta pro ratione dubitandi adducta, nam eis supra num. 24. 25. & 26. satisfeci, quibus finitur nostrorum iurium materia.

*Tiene licencia del Señor Licenciado Saldaña  
 fue desta Ciudad, el Doctor Pedro B.  
 ta de su original, dado á 10. de Febrero*